

Et alter: « Magna, inquit, corporis cura, magna virtutis incuria est. »

5. HABENTES SPECIEM QUAM IN PIETATIS, VIRTUTUM AUTEM EIUS ABNEGANT. — Pro speciem pietatis, S. Cyprianus, lib. 9. *cont. Eccles.*, legit, *deformationem religionis* » et est formam et speciem religionis, ut videatur ejus velle inducere reformationem, seque vocent reformatæ religionis, cum revera ejusdem deformationem inducant, sicutque deformatores. Nam, ut sequitur, « virtutem, » græce *δωρεαν*, id est vim et rem, puta pietatem ipsam, quam simulat, non habent, nec operibus ostendunt, sed « abnegant, » *q. d.* Hypocritæ sunt, qui latentem impietatem specie virtutis tegunt.

Hæreticorum hypocritæ et similitudo.

« Profitentur, inquit Ambrosius, se Christianos, cum sint et nequissimi opere, et sensu perversi. » De quibus Christus, *Matth.* cap. vii, vers. 15: « Attendite, inquit, a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. » Nam, ut ait Cyprianus *ad Jubaianum*: « Hæretici imitantur Catholicos, sicut simiæ imitantur homines, et sicut lupi imitantur canes, quibus similes sunt. » Hinc S. Augustinus, serm. 41 *super Matth.*, docet hæreticos formam quidem pietatis habere, sed sine virtute et fructu, nisi Ecclesie reconciliantur. « Sicut, ait, potest esse visibilis forma palmitis etiam extra vitam, sed tamen invisibilis radiis vitam habere non potest, nisi in vite. » Taxat ergo Apostolus hic propriis hæreticos, qui sua adulatione, blandiloquentia, hypocrisis, habitu et specie externa videntur pii et religiosi, pieque ac sancte loqui, sed interim impia sua dogmata, sensim sine sensu instillant, ac simul ad sua vitia et concupiscentias explendas alios, ac præsertim mulieres oneratas peccatis, ut sequitur, pertrahunt. « Nam sanctionum, ait Ambrosius, defendunt, et lege sua favente turpiter vivunt; misericordiam laudant, cum inter se injusti deprehendantur; mundum spernendum asserunt, et semper accurate procedunt; jejuniis se insistere jactanter prædicant, cum omnes saginati videantur, tantum quod arte quadam pallidi cernantur, ut fallant. »

ET ROS DEVITA, — *ἀσχητοσύνη*, id est aversare. Episcopo enim non satis est vitare hæreticos, sed eos aversari, imo his adversari debet.

6. EX HIS ENIM SUNT QUI PENETRANT (græco *εὐδύναστες*, id est subeunt, et, ut Ambrosius, *irrepunt*) DOMOS, ET CAPITVAS DECIUNT (S. Cyprianus legit, *prædicantur*) MULIERICULAS ONERATAS PECCATIS, QUÆ DECIUNTUR VARIS DESIDERIIS. — Pro oneratas græce est *καταρτησθῆναι*, id est accumulatas et cumulo peccatorum obrutas; que quasi bruta aguntur variis desiderii curiositatis, novitatis, glorie, deliciarum, ornatus, luxuriæ. « Mirum negotium, ait Cyprianus, lib. *De Bono pulchritudine*, mulieres ad omnia delicate, ad vitiorum sarcinas fortiores sunt viris. » Has quasi dignum tali patella operculum, in suis hæreses post se captivas facile abducunt hæretici, tum quia mulier animal est

molle, flexile et inconstans; tum quia earum desiderii indulgent, usque se accommodant; tum quia carnis licentiam docent, et penarum ac gehennæ metum averiunt. Hinc docet Theophylactus et Occumenius quod viri qui ab hæretico seduci se sinit, non vir, sed mulier habere debet.

Notat S. Hieronymus, epist. *ad Cleophontem*, tom. II, omnes hæreses per mulieres propagari cepisse: « Simon Magnus, inquit, hæresin condidit adjunctus auxilio Helene metretidis. Nicolaus Antiochenus, omnium immunditatum conditor, choros duxit femineos. Marcion quoque Romam præmisit mulierem ad majorem lasciviam. Apelles Philomenem comitem habuit. Montanus Priscam et Maximillam primum auro corrupti, deinde hæresis polluit. Arius, ut orbem deciperet, sororem principis ante deceptit. Donatus Lucilla opibus adjunctus est. Elpidium cæcum Agape cæca duxit. Prisciliano juncta fuit. Galla non gente, sed nomine. »

7. SEMPER DISCENTES, ET NUMQUAM AD SCIENTIAM VERITATIS PERVENIENTES, — id est pervenire veritates: hoc enim est Græcum *διδασκόμενοι*, idque tum doctorem, tum suo vitio. Hæretici enim præsertim qui se Gnosticos quasi sapientes et scientes nuncupant, nihil veri veraque pietatis docere possunt. Rursum, muliercule hæ oneratas peccatis decipiunt, tum quia parum habent critici et inconstantes sunt, ut ab una questione, antequam ejus solutionem percipiant, ad aliam dilabuntur; tum quia curiosa scire tantum et intelligere volunt, non autem practice sapere et agere; tum quia suis desiderii aguntur et excecantur. « Quomodo enim poterunt oneratas peccatis mentes per viam rectam incedere, nedum progredi, quæ excecata ipsam viam videre et intrare non valent? » ait ex Augustino Anselmus.

8. QUEMADMODUM JANNES ET MAMBRES RESTITERUNT MOSI, ITA ET HI RESISTUNT VERITATI, HOMINES CORRUPTI MENTE, REPROBI CIRCA FIDEM. — Illi, scilicet « Jannes et Mambres, » legunt Romana, Plantiniana, Anselmus et alii. Verum Regia, Græca, Syra et Numenius apud Eusebium, lib. IX *De Præpar. Evang.*, legunt *Jannes et Vambres*.

Nota: hæc sunt nomina duorum magorum Pharaonis, qui in Exodo narrantur Mosi resistisse et cum eo in miraculis et potentis edendis certasse; et licet Moses eorum nomina non exprimat, Paulus tamen aliunde ea didicisti, et hic expressit. Querens, unde ea didicerit Paulus? Respondet Ambrosius et Origenes, hom. 33 *in Matth.*: ex libro apocrypho hæc de re edito, qui inscribitur *Jannes et Mambres*. Hunc enim Gelasius, *dist.* 43, refert inter apocryphos. Sed hoc dicit nequit; nec enim ex libro incerte fidei certo hæc nomina asserere potuit Paulus. Dico ergo, hæc nomina Paulum didicisse traditione, vel certo inspiratione Spiritus Sancti, qui hæc ei dictabat. Ita Chryso-

Ver. 7.

Hæretici nihil veritatis habent.

Ver. 8.

Jannes et Mambres qui, et quales, et unde hæc nomina suspensit Paulus 7

Stomus, Theophylactus et alii. Vere enim ita vocatos fuisse hos magos docet quoque Numenius Pythagoræus, apud Eusebium loco citato.

Nota: Vocat eos *corruptos mentes*, quia mentis integritatem variis cupiditatibus et vitis corruperunt, indeque facti sunt reprobi circa fidem, ut nimirum fidem pariter abjicerent, reproberent, corrumpere, ferentque hæretici, imo hæresiarchæ. Ubi adverte: Sicut bona et incorrupta mens facile fidem et sanam doctrinam haurit, ita mala et corrupta facile hæresin, magiam aliosque errores haurit; adeoque hæresis non alia est causa, quam mala vita et corrupti mores, quæ de re vide Alfonso a Castro in præmio libri *Contra Hæreses*.

9. SED ULTRA NON PROFICIENT. — Ut scilicet præter mulierculas oneratas peccatis et similes homines leves et inconstantes, quos seduxerunt et seducant (de quibus dicit, vers. 13: « Errantes et in errorem mittentes »), pergant seducere alios, qui sanæ et solidæ mentis sunt.

Secundo, ut Theophylactus, « non proficient, » in sua videlicet hypocrisis et ficta pietatis specie ac larva, quin ea delegatur, deprehendantur et prodatur eorum fraus et falsitas. Unde sequitur,

INSPIENTIA (græco, id est amentia) EORUM MANIFESTA ERIT OMNIBUS, SICUT ET ILLOREM FUT. — Sicut Jannes et Mambres resistentes Mosi, in tertio cyniphum portento succubuerunt et dicere coacti sunt: « Dignus Dei est hic, » *Exodi VIII*, 19; ita omnis error non diu consistit, quin tandem ejus fallacia et falsitas pateat, et instar fumi evanescat. Hinc Hebræorum proverbium est, « Veritatem stabiles, mendacium debiles habere pedes: » quia illa semper, hæc parvo tempore durat. Idemque significant litteræ Hebræicæ *קרק* *secker*, id est mendaci, que acuminatas, ideoque debiles, et *כנף* *enaf*, id est veritatis, que quadratas, ideoque solidos et constantes habent pedes. Apostolus, inquit Primasius, agit de Simone et Gnosticis, hæreticis scilicet sui temporis, quorum hæresis et impunitas vitæ patefacta innox evanuit. Sed pari modo videmus Photini, Nestorii, Sabellii, Manetis, Pelagii et aliorum omnium hæreses alias aliis citius evanuisse. Idem nostro tempore sensim fieri videmus, et brevi magis videbimus, lutheranismum et calvinismum consensere et amori apud multos, apud alios in adheentium abire, eorumque assecras fieri plane Politicos et Libertinos. Atque ut alios omittam, clarum exemplum est Jannes ipse, Manichæorum parens, qui cum filium regis Persarum a morbo se curaturum sensit mendacium et fugam, irritis servitum ejus, accusavit filii cædem, damnavit propter eam factam custodum necem. Itaque excoarcti lege Persica Manetam mandavit, et corpus qui-

Hebræi dicunt veritatem stabiles, mendacium debiles habere pedes.

Jannes et Mambres qui, et quales, et unde hæc nomina suspensit Paulus 7

dem reliquum besitis devorandum tradidit, eodem vero qua tanta illius improbitas continebatur, tanquam atrem ante portas suspendi curavit. »

10. TU AUTEM ASSÉCUTES ES MEAM DOCTRINAM, V INSTITUTIONEM, PROPOSITUM, FIDEM, LONGANIMITATEM, BILECTIONEM. — Erasmus, Vatablus et alii vertunt, *tu autem asssectatus es meam doctrinam*, id est, a principio usque ad finem mihi evangelizanti affuisti, individuum meus comes fuisti. Verum hoc non videtur verum, nec huic loco congruum: nam Timotheus non affuit Paulo ab initio predicationis, imo persecutionis illa, quas Antiochia, Iconii et Lystris sustinuit Paulus, de quibus *Acto.* xiii et xiv, antequam antequam Timotheus adhereret, non antequam innotesceret Paulo. Innotuit enim illi primum *Acto.* xvi, vers. 1. Rursum incongrue dicitur quasi associari alterius persecutioni, passioni, longanimitatem, devotionem, pro eo quod didicerimus aliquid esse comitem alteri, et præsertim in ejus persecutione, passione, devotione. Dico ergo proprie, « tu autem asssectus es, » id est, cognovisti et intellexisti sive præsens intuendo, sive a fide dignis audiendo, meam doctrinam: que enim quoque significat Græcum *κατακολουθῆναι*, scilicet mentem aliquid sequi et assqui, id est intelligere, v. g. cum discipulis sententiam et mentem magistri asssequitur et intelligit, ut recte annotavit Duchsus. Unde *δοκίμαζομεθα* vocantur, quæ difficulter cognosci et intelligi possunt.

Timotheus quando incipit rit adherere Paulo 7

Nota: Pro *institutionem* græce est *ἰδρυμένη*, id est mores, et vitæ ductum, et, ut interpretes Theophylactus vertit, conversationem meam.

Secundo, « propositum, » id est, alacritatem et promptitudinem animi, inquit Theophylactus; sed melius Theodoretus, « propositum, » inquit, id est, finem et scopum quem mihi meæque evangelizationi proposui, scilicet ut Christi fidem et gloriam toto orbe per omnes gentes propagarem, *q. d.* Sequere ergo, o fili, o discipule Timothee, hoc meum, qui tuus sum magister, propositum, ut strenue Evangelio Christi propagando mecum incubas.

Tertio, « fidem, » id est, in fide constantiam, inquit Theophylactus. Rursum « fidem, » id est, firmam confidentiam, qua Deo iustus et fides tot labores, pericula et erumas fortis nititur et sustinere solet.

Quarto, « longanimitatem, » scilicet in tolerantia tum fratrum infirmitatibus et peccatis, inquit Theodoretus; tum fidei hostibus, puta Judæis, Gentilibus et hæreticis. Cum enim mihi resisterent, « non tumultuabar, neque ciebam turbas, sed omnes et quemvis cum mansuetudine excoptabam, » inquit Chrysostomus.

Quinto, « dilectionem, » qua videlicet omnes tam inimicos, quam amicos; tam malos, quam bonos; tam Gentiles, quam Judæos, quasi fratres et filios meos adamavi, omnesque juvavi.

Quinto, « dilectionem, » qua videlicet omnes tam inimicos, quam amicos; tam malos, quam bonos; tam Gentiles, quam Judæos, quasi fratres et filios meos adamavi, omnesque juvavi.

Virtutes hereticis Pauli in curia Evang. II.

Christo adjungere, et ad salutem perducere conatus sum.

11. QUALIA SIBI FACTA SUNT ANTIOCHIE, ICONII, ET LYSIRIS : QUALES PERSECUTIONES SUSTINUI, ET EX OMNIBUS ERIPUIT ME DOMINUS. — Erasmus per interrogationem legit, quasi admirans exclamat Paulus : Bone Deus! qualia et quanta sustinui? Verum Biblia Romana, Græca, Syra ac Latina passim legunt sine interrogatione. «Qualia» ergo, id est, quales persecutiones et passiones. Unde plinius Vatablus pro qualia, verit quæ, scilicet passiones, mihi acciderunt. Græcum enim est quæ, ponitur pro quæ.

Nota : Antiochia hæc non est Syriæ, sed Pisiæ, vicina Iconio et Lysiris, ubi Judæis concitantibus seditionem lapidatus et pene occisus fuit Paulus, Act. XIII et XIV.

Addit Paulus : « Et ex omnibus eripuit me Dominus, » ut Timotheum ad similia animet, illi tacite innuendo, Deum illi in persecutionibus pariter affore, sicut sibi affuit; et inde eum eripurum, vel martyrio coronatum ad cælum translaturum. Ita Chrysostomus.

12. OMNES QUI PIE VOLUNT VIVERE IN CHRISTO JESU, PERSECUTIONEM PATIENTUR. — Querens, quomodo hoc universaliter sit verum? Multi enim pii inter Christianos pie vivunt et quiete sine persecutione. Respondet Chrysostomus; per «persecutionem» hic intelligi omnes difficultates, labores, dolores et angores, quos patiuntur ii qui student pietati, dum concupiscentias frenare, continentia, humilitati, temperantia studere, et piis laboribus insistere conantur. « Et ideo nunquam deest tribulatio persecutionis, si nunquam lesit observantia pietatis. Sicut ergo totius est temporis pie vivere, ita totius est temporis crucem ferre, » inquit S. Leo, serm. 9 de Quadragesima.

Secundo, S. Augustinus, serm. 24 de Verbis Apostoli, in hac eadem Apostoli verba dicit, pios persecutionem pati, dum de mala vita impiorum a quibus odio habentur, dolent et cruciantur, ut cum Davide dicant Psalm. cxviii : « Vidi prævaricantes, et tabescebam. » Quomodo S. Petrus, epist. II, cap. II, vers. 8, dicit de Sodomitis, quod « iustam animam (Lot) iniquis operibus cruciabant. » « Lot ergo, inquit Augustinus, persecutionem patiebatur non vapulando, sed malos videndo. » « Magnus enim honorum labor est mores tolerare contrarios, » inquit S. Prosper in Sententiis.

Tertio, idem Augustinus in Psalm. LV, per «persecutiones» accipit quasvis presentis vite tribulationes, de quibus ipse Augustinus dicit : « Si putas te non habere tribulationes, nondum capisti esse Christianum. »

Quarto, et magis proprie, idem Augustinus, in Psalm. cxviii, per «persecutiones» accipit tentationes diaboli. « Non enim, inquit, quia diabolus modo per reges non sedit, ideo non Christiani

Paulus Antiochie lapidatus et pene occisus.

Vers. 12.

Quomodo vivunt et omnes pios persequuntur.

persecutionem patiuntur. Si mortuus est diabolus, mortuus sunt persecutiones. Si autem ille adversarius noster vivit, unde non tentationes suggerit? unde non sedit? unde non minas et scandala procurat? Nimirum sciat Christianus se non vocari ad olivum, delicias, pacem et gaudia, sed semper sibi ob oculos ponat illud Sapientis, Eccli. viii, 1 : « Fili, accedens ad servitum Dei, sta in justitia et timore, et prepara animum tuum ad tentationem. »

Quinto, et maxime ad litteram, « omnes, » id est plerique, « omnes qui pie volunt vivere, » proprie «persecutionem patientur» ab hominibus, sive Christianis cognatis et amicis, sive ab infidelibus et hæreticis, sive ab invidis, aliisque perversis et improbis : a talibus enim talem proprie dictam persecutionem passus erat Paulus Antiochie et Lysiris. Et hoc proprie significat Græcum διαστροφή. Hæc sententia verissima et clarissima, erat tempore S. Pauli, cum illi qui a gentilismo convertebantur ad Christum, statim tam a suis, quam ab externis, maxime presidibus, bonis, patria, libertate et sæpe vita multabantur. Idem etiam hodie est videre, cum quis a vita mundana et licentiorum ad Christianam, modestam et sanctam, ac præsertim perfectam et religiosam se convertit. Talis enim et a suis, et a sociis, et ab externis vexatur, ridetur, tentatur, injuriis et contumeliis prosequitur, ac bonis non raro vel in solidum, vel magna in parte privatur: quibus cum Apostolo insigni patientia et constantia est opus, ut, cum undique et assidue impetantur, dicant illud Tertulliani, lib. de Patientia : « Patientia tua improbitas fatigatur aliena. » Et illud Chrysostomi hic : « Impossibile est, ut qui malis bellum indixerit, pressuris careat; nefas est pugilem Dei vacare deliciis, non licet epulari luctantem : luctamen enim sunt presentia omnia, certamen, bellum, pressura, angustia, stadium; aliud est quietis tempus, hoc ærumnis deputatum est atque sudoribus; nullus ubi ad certamen se exiit, unctusque est, requiem querit : si enim queris, cur te existit, cur libidinis et naturæ (mundo ac hominibus) bellum indixisti? » Hinc inferit S. Gregorius, lib. VI, epist. 191 ad Narsam : « Qua in re ego, ait, fidenter dico, quia minus pie vivis, si minus persecutionem peritularis. » Nam, ut ipse subdit, « studium bonæ operationis ipsa adversitas anget. Sic semina messium gelu cooperta, fertilibus germinant. Sic ignis flata premitur ut crescat.

Ubi nota, hæc Apostoli sententiam esse quasi parcemiam, sive proverbium significans non quod omnibus omnino piis et semper, sed quod plerisque, et sæpe accidit : quales sententia multe sunt in Proverbiis, ut cum dicitur : « Omnes que sua sunt, querunt; » omnes, id est, plerique: non enim Paulus et Apostoli sua querabant. Sic Proverb. xviii, 16, dicitur : « Divinatio in labiis regis, in judicio non errabit os ejus. » Sensus est,

Christiani semper laqueantur tentationibus.

Qui Christianus, vel religiosus sequatur, persecutionem patientur.

Patientia virtus quam necesse est.

g. d. Judicia et præcepta justis regis accipienda sunt ut oracula Dei, cuius loco præest, quique ei in Deum et iustitiam intento et defixo quasi vicario suo assistit, vel in iudicando vel mandando erret; et tamen seimus reges etiam justos subinde in iudiciis et mandatis a vero et justo aberrasse et aberrare. Sic cap. xvii, vers. 14, dicitur : « In facie prudentis iubeat sapientia, oculi stultorum in finibus terræ. » g. d. Stultorum uti mens, ita et oculi vagi sunt, hinc inde gyranes, usque ad fines terræ circumspiciendum : oculi vero et vultus sapientis graves sunt, constantes, et ad sapientiam compositi, scilicet ut plurimum. Nam subinde videmus et stultos oculos et vultum ad sapientiam et gravitatem componere; et e contra sapientes oculos et vultum ad jocos et hilaritatem solvere et relaxare. Similia multa sunt in Proverbiis, ut ibi dixi.

13. MALI HOMINES ET SEDUCTORES PROFICIENT IN REPTU ET PECCATIS, ERHANTES, ET IN ERROREM MITTENTES. — Græce σαδωνοι; καὶ ἀμαρτανωται, id est, in errorem seducentes et errore seducti, g. d. Pii persecutionem patiantur, impii vero, inquit Chrysostomus, in otio sunt et quiete, libereque indulgent suæ impietati, adeo ut quotidie in impietate crescant, nemine his reluctante: hæc est enim mali ac præsertim erroris vis, ut nova semper commiscatur, et ex uno principio falso alias et alias conclusiones falsas deducit.

Dices : hic locus adversatur versui 9 hujus capituli ubi dixi : « Non ultra proficient. » Respondi eo loco, dici, « non proficient ultra, » ut nimirum viros cordatos seducant: illis enim mox patebit eorum fraus et impietas; hic vero dicitur, quod ipsi in se et sua impietate proficient, atque in suos errores, homines leves, inconstantes et suis cupiditatibus addictos, pellicient.

14 et 15. TU PERMANE IN IS QUÆ DIDICISTI, ET CREDITA SUNT TIBI : SCIENS A QUO DIDICERIS, ET QUIA AB INFANTIA SACRAS LITTERAS NOSTI. — « Credita, » id est, commissa sunt tibi quasi episcopo conservanda et promulganda. Aliter Chrysostomus, « quæ credita sunt tibi, » sive a te, id est, que credidisti, que fide percepisti, g. d. Credidisti inter alia, quod pios persecutionem patientur; permane ergo in hæc fide tua, et iuxta eam pro pietate persecutionem patere. Sed prior sensus planior est et generalior : græce enim non est ἀμαρτανωται, id est, que credidisti, sed ἀπιστοι, id est, que creditus es, hoc est, ut clare veritatem noster Interpretes, que credita et commissa sunt tibi tuæque fidei. Porro duos stimulos ad permanentiam in doctrina, quam edoctus est, Timotheo admoveat Paulus. Prior est, quod eam acceperit a maximo doctore, scilicet Paulo, qui a Deo constitutus erat magister Gentium et orbis doctor. Seipsum enim hic intelligit Paulus, sed modestæ causa nomen suum subiecit; nimirum doctrinæ fidem quam maxime apud discipulos conciliat doctoris auctoritas. Ita Pythagoras a suis coleba-

tur, ut discipuli doctrinæ ejus rationem poscentibus, non aliud redderent, quam hæc; hæc, ipse, scilicet Pythagoras ita dicit, ita censet. Posterior stimulus est, quod ab infantia sacras Litteras, puta vetus Testamentum, legem scilicet et Prophetas, que de Christo Christive vite et mysteriis clare prophetarunt, didicerit Timotheus, g. d. Permane in his, que quasi cum lacte suxisti, inquit Chrysostomus, Ambrosius, Theophylactus. Ita Plato, lib. VI de Legibus : « Assero, inquit, eos qui præstantes viri in aliquo evasuri sunt, ab inante statim pueritia oportere ad ipsum tam ludendo, quam studendo in singulis ei negotio conveniuntibus meditari. »

Atque hinc est quod ait Jeremias, Threnor. III, 27 : « Bonum est viro cum portaverit iugum ab adolescentia sua : sedebit solitarius, et tacabit : quia levavit (se?) super se. » Ita maximi Sancti a teneris inchoarunt sanctam, austeram, religiosam et perfectam vitam; uti S. Joannes Baptista, de quo canimus :

Antra deserti teneris sub annis Civium turmas fugiens petisti : Ne levi saltem maculæ vitium Famine posses.

Sic Samson et Samuel a puero consecrati sunt Nazareæ. Sic Joannes Evangelista juvenis, et a sæculi corruptione adhuc immunis, Christum secutus est, ideoque fuit discipulus ille quem diligebat Jesus, cui et maxima mysteria revelavit. Sic et Paulus primus Eremita, et S. Antonius, et S. Hilarius, anno 15 ætatis, venditis omnibus et in pauperes distributis, in deserto se totos Domino manciparunt. S. Benedictus valde juvenis erat, quando omnia dereliquit, nempe 10 vel 12 annorum. S. Maurus erat annorum 12. S. Placidus et multi alii S. Benedicto pueri traditi sunt. S. Joannes Calybita cum esset annorum circiter 14, relictiis adibus et opibus paternis, inscisi parentibus in longinquum monasterium se abdidiit, orationi et jejuniis vacaturus. S. Romualdus incepit vitam monasticam anno 20, S. Thomas 14, S. Francisus a Paula 13, S. Antonius 13 appulit animum, 14 recepitus est, S. Vincentius Ferrarius 18, S. Laurentius Justinianus 19, S. Bonaventura 22, Venerabilis Beda ab anno 7 in Religione educatus est. Plura Sanctorum qui a puero ceperunt exemplaria vide in Speculo juvenitatis, quod nuper editum Bernardus Dorhoff, totumque est de ære.

QUE SACRÆ LITTERÆ TE POSSUNT INSTRUERE (cap. 22), id est sapientem reddere; AD SALUTEM, PER FIDEM, QUÆ EST IN CHRISTO JESU, — id est in Christum Jesum, g. d. Sacræ Litteræ instruant te ad salutem hoc ipso, quod docent credendum esse in Christum, et per fidem Christi, ejusque Sacramenta et præcepta a Christo ad instituta, non iustitiam et salutem consequi debere. « Nec enim aliud nomen est sub cælo, in quo oportet nos salvos fieri, » Actor. IV, 27. Quapropter finis legis et

Magna futuri ævi salutis a pueris incipiunt.

Maximi Sancti a pueris incipiunt.

Duos stimulos ad permanentiam in doctrina, quam edoctus est, Timotheo admoveat Paulus.

Sola Christi doctrina salutiferæ.

Prophetarum est Christus, quem quia rejiciunt addei, hinc legem et Prophetas non intelligunt, nec fidem Christi, ac consequenter nec salutem assurgunt, q. d. Paulus: Ego jam morior, et ad martyrium tendo, non amplius me doctorem audies, o Timothee; dolebis me sublato, perinde ut doluit Eliazus, sublato in cœlum Elia magistro: sed age, animos resume, vice mei sacras Scripturas tibi relinquo, quasi doctorem et consultorem, ut in eis Deum loquentem et docentem audias, utque ex his, neque in tribus animum contrahere, neque in lætis infirari discas. Ita S. Chrysostomus. Nam, ut ait S. Augustinus, serm. 412 *De Temp.*, tom. X: « Cum oramus, cum Deo loquimur: quando vero legimus divinas Scripturas, Deus loquitur nobiscum. »

16. OMNIS SCRIPTURA DIVINITUS INSPIRATA, UTILIS EST AD DOCENDUM, AD ARGUENDUM, AD CORRIPIENDUM, AD ERUDIENDUM IN JUSTITIA. — Græca interserunt *zâ*, id est *et*, ut sit sensus: Omnis Scriptura, scilicet sacra, est divinitus inspirata, est et utilis ad docendum; elegantius Græce dicitur sacra Scriptura *θεωρεω*, id est a Deo inspirata, q. d. Non suo instinctu, iudicio, ducta, ut profani historici et philosophi sua conscripserunt, sed a Spiritu Sancto inspirati locuti sunt, et scripserunt « sancti Dei homines, » II *Petri* 1, 21.

Nota: Hinc sacra Scriptura dicitur verbum Dei et Spiritus Sancti; Prophetæ vero et alii Scriptores hagiographi vocantur calami et instrumenta Spiritus Sancti, quasi scribæ velociter scribentis, inspirantis et dictantis sacras Litteras.

Nota *secundo*, Spiritum Sanctum non eodem modo dictasse omnes sacras Litteras: nam legem et prophetas ad verbum revelavit et dictavit Mosi et Prophetis; historias vero et morales exhortationes, quas antea vel visu, vel auditu, vel lectione, vel meditatione didicerant ipsi scriptores hagiographi, non fuit necesse inspirari, aut dictari a Spiritu Sancto, utpote cum eas jam scirent et callerent ipsi scriptores. Sic S. Joannes, cap. XIX, vers. 35, dicit se scribere quæ vidit; S. Lucas vero, cap. 1, vers. 2, dicit se scribere Evangelium, quod audivit et traditione accepit ab Apostolis. Dicitur tamen Spiritus Sanctus eam quoque illis dictasse, *primo*, quia scribentibus astitit, ne vel in puncto a veritate aberrarent. *Secundo*, quia eos excitavit et suggestit ut hæc potius scriberent quam illa. Conceptum ergo et memoriam eorum quæ sciebant, non eis ingressit Spiritus Sanctus, sed inspiravit ut hunc potius conceptum quam illum scriberent. *Tertio*, quia omnes eorum conceptus et sententias ordinavit, digessit et direxit Spiritus Sanctus, v. g. ut hanc sententiam primo, illam secundo, aliam tertio loco, et ita consequenter collocarent, et scripto consignarent. Hoc enim proprie est librum aliquem concinnare et conscribere; et hæc ratione proprie sacrorum Litterarum auctor dicitur esse Spiritus Sanctus. Et hoc est quod S. Gregorius in *præfat. in Job*, cap. 11,

docet, ipsum Job sua gesta non sua, sed affluere Spiritus Sancti manu, sensu et ductu scripsisse, ideoque de iis non quasi de suis, sed quasi de alienis gestis loqui: « Scriptores, inquit, sacri eloquii, quia repleti sunt Spiritu Sancto super se trahuntur, quasi extra semetipsos fiunt, et sic Dei sententias quasi de aliis profertur. »

Nota *tertio*: Ex eo quod a Deo inspiratæ sunt sacra Litteræ, colligit S. Chrysostomus eas profundos et divinos habere sensus, ac proinde eas non cuivis esse obvias et claras; sed arcana multa continere instar fluvii, cujus extima aquarum superficies tantum patet, sub qua interior ac longe major aquarum copia recondita latet, « in qua et agnus (humilis) natus, et elephas (superbus) mergatur, » inquit S. Gregorius, *epist. ad Leandrum*, quæ præfatur *in Job*.

Nota *quarto*: Sacra Scriptura « utilis » est: *primo*, « ad docendum, » scilicet sanam doctrinam; *secundo*, « ad arguendum, » scilicet Simonianos aliosque hæreticos; *tertio*, « ad corripiendum, » Græce *ἐπιτιμωσίν*, id est ad correctionem; Ambrosius vertit, *ad redintegrationem*, quæ scilicet Catholicos a vita bona et Christiana aberrantes corrigas, vitæque integritati restituas; *quarto*, « ad erudiendum in justitia, » quæ scilicet erudimus alios ad omnem justitiam, id est ad omnem morum honestatem, san-timoniam et perfectionem.

17. UT PERFECTUS SIT HOMO DEI, AD OMNE OPUS BONUM INSTRUCTUS. — « Hominem Dei » vocat doctorem et Episcopum, ut dixi *epist. I*, cap. VI, vers. 41.

*Secundo*, pro *instructus* Græce est *ἐκτρέφεται*, id est adornatus, compositus, apparatus, instructus. Verum Syrus, Ambrosius et Theophylactus legunt *ἐκτρέφεται*, id est consummatus et perfectus; et ita videtur legisse noster Interpres, q. d. Sacra Scriptura utilis sunt ad hoc, ut faciant te perfectum doctorem, o Episcopo, ut ad omne opus bonum, præsertim docendi, arguendi, corripiendi et erudiendi jam dictum, quod proprium est Episcopo, atque ad martyrium pro eo subeundum, sis instructus et comparatus. Prævidebat enim Paulus tam sibi, quam Timotheo martyrium pro Evangelio instare.

Nota: Non dicit Apostolus solam Scripturam reddere hominem perfectum: sic enim excluderet Sacramenta, doctores et traditiones, quas tamen requirit II *Thessal.* II, 14. Neque rursum ait Apostolus, sacra Scriptura sufficiens est, sed « utilis est ut homo sit perfectus. » Sicut ergo si dicas: Sol utilis est, ut omne vivens producat et perficiatur; non negas ad hoc opus esse pariter concursu causæ secundæ generantis: ita similiter cum dicit Apostolus, Scripturam utilem esse ad hoc, ut homo sit perfectus; non negat ad perfectionem tum doctrinæ, tum vitæ Christianæ, requiri traditiones, Sacramenta, actus virtutum aliaque a Christo alibi præscripta. Adde, cum hæc *epist.*

hæret Apostolus, necdum scripta erat Apocalypsis et nonnullæ Apostolorum epistolæ, quas proinde Timotheus legere non poterat, quæ tamen uti ad perfectam Scripturam, ita ad hoc, ut ex ea perfectus evadat homo, requiruntur.

Innitit tamen Apostolus, ut recte notavit Chrysostomus, neminem sine Scriptura posse esse perfectum in fide et vita Christiana ac divina. Ad hanc enim utilitatem et usum a Deo data est Scriptura.

Hinc S. Basiliius, *epist. 1 ad Gregorium Nazianz.*, S. Scripturam comparat officinæ apothecariæ, quæ omnibus phar-macis ad quoslibet morbos depellendos instructa est. « Si quis, inquit, laborat concupiscentia, et castitatis est cupidus, historiam Joseph assidue legat, ex ea discet et hauriet pudiciæ amorem et spiritum. Si quis impatiens, tantentiam desiderat, legat gesta S. Job. Si quis mansuetudinem appetit, Mosen volvat et imitetur. » Ita S. Paula in omni re et tentatione, sacra Scriptura se armabat, et ad perfectionem instruebat, teste S. Hieronymo in ejus epitaphio, ut videretur esse arca testamenti et armentarium Scripturæ. « In periculis, inquit Hieronymus, loque-

batur Paula: 1) vult venire post me abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Cum eversio totius patrimonii nuntiaretur, aiebat: Nudus exivi de utero matris. In crebra infirmitate: Habemus thesaurum istum in vasibus fictilibus, donec mortale hoc insit immortalitatem. In merore cantabat: Quare tristis es, anima mea? spera in Deo. Cum nimis fervore virtutum nonnullis videretur insana: Theatraus, ait, facti sumus mundo, angelis et hominibus; nos stulti propter Christum, » etc. Apposite ergo Origenes, hom. 7 in *Exod.*, S. Scripturam cum manna comparat: « Si tu, inquit, verbum Dei tota fide et devotione susceperis, fiet tibi ipsum verbum quocumque desideras, v. g. si tribulationem, consolatur te, dicens: Cor contritum et humiliatum, Deus, non spernes. Si læticiis, pro spe futura curam tibi gaudium, dicens: Letamini in Domino et exultate, justi. Si iracundus es, mitigat te, dicens: Desine ab ira et dorelinque furorem. Si in doloribus es, sanat te, dicens: Dominus sanat omnes languores tuos. Si paupertate consumeris, consolatur te, dicens: Dominus allevat de terra inopem. Sic ergo manna verbi Dei reddit in tuo saporem quemcumque volueris. »

## CAPUT QUARTUM

## SYNOPSIS CAPITIS.

Obtestatur Timotheum ut instanter prædicet, moneat, arguat suos, idque propter instantes hæreses: quæ enim id amplius facere non posse.

Unde, vers. 6, docet sibi instare mortem et martyrium, ac prædicationis laborumque coronam.

Secundo, vers. 9, jubet ut ad se ab omnibus pene derelictum, cum penula et libris veniat.

Tertio, vers. 16, recenset quomodo a Nerone et primis vinculis a Deo sit liberatus, speratque eodem Dei ope et secundis vinculis non liberari, sed per martyrium evolare ad regnum cælestis.

Quarto, vers. 19, suos salutatur, et gratiam apprecatur.

1. Testificor coram Deo et Jesu Christo, qui judicaturus est vivos et mortuos, per adventum ipsius et regnum ejus: 2. prædica verbum, insta opportune, impertune; argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. 3. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria cocærvabunt sibi magistros, prævientes auribus: 4. et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. 5. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. 6. Ego enim jam delibor, et tempus resolutionis meæ instat. 7. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. 8. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus iudex: non solum autem mihi, sed et iis qui diligunt adventum ejus. Festina ad me venire cito. 9. Demas enim me reliquit, diligens hoc sæculum, et abiit Thessalonicam: 10. Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. 11. Lucas est mecum solus. Marcum assume, et adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerium. 12. Tychicum autem misi Ephesum. 13. Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, et libros, maxime autem membranas. 14. Alexander ararius multa

mala mihi ostendit: reddet illi Dominus secundum opera ejus: 15. quem et tu devota: valde enim restitit verbis nostris. 16. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. 17. Dominus autem mihi assistit, et confortavit me, ut per me predicatio impleatur, et audiant omnes Gentes: et liberatus sum de ore Ionis. 18. Liberavit me Dominus ab omni opere malo: et salvum faciet in regnum suum celeste, cui gloria in secula seculorum. Amen. 19. Saluta Priscum, et Aquilam, et Onesiphorum domum. 20. Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui in irimura Mileti. 21. Festina ante hiemem venire. Salutant te Eubulus, et Pudens, et Linus, et Claudia, et fratres omnes. 22. Dominus Jesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

4. TESTIFICOR CORAM DEO ET JESU CHRISTO, QUI JUDICATURUS EST VIVOS ET MORTUOS, PER ADVENTUM IPIUS ET REGNUM EIUS, PREDICA VERBUM. — Pro testificor grece est *deuazapripoia*, id est obtestor, et, ut Theophylactus et Anselmus, adjuro te, o Timothee, coram Deo et per Deum, perque Jesum Christum, quos invoco quasi testes (hoc enim significat Hebraicum *hevit*) et vindictis hujus mee obstationis, ut instanter Evangelium predices, opportune et importune, cogitans te hujus predicationis facta vel neglecta exadam in die iudicii, Christo iudici redditurus esse rationem.

Ultima monita dat Apostolus Timotheo. Episcopus ad predicandum iure divino tenetur.

Nota: Apostolus hic jam moriturus quasi ultimis verbis alloquitur Timotheum: ultima enim ei dat monita et quasi testamentum condit, in quo ante omnia commendat ei quasi Episcopo munus predicandi. Est enim hoc primum et maximum Episcopi officium, ad quod Episcopus iure divino obligatur, ut docet Concilium Tridentinum, sess. XXIV, cap. IV. Terrecantur ergo hic Episcopi et pastores qui non predicant, inquit Theophylactus.

Nota, « coram Deo, » scilicet Patre: sequitur enim, « et Jesu Christo. » Deus ergo hic distinguitur a Jesu Christo, ac consequenter non essentialiam, sed personam Patris denotat.

Quomodo iudicaturus est vivos et mortuos?

Secundo, dicitur « Christus iudicaturus vivos et mortuos, » id est justos et peccatores, inquit Chrysostomus; sed hoc mysticum est. « Vivos » ergo intelligit ad litteram homines, scilicet qui in die iudicii inveniantur vivi; « mortuos, » qui ante illum diem erunt defuncti. Vide dicta I Thessal. cap. IV, vers. 16.

Tertio, « per adventum ipsius, non est adjurantis, vel obstantis (sic enim grece deberet esse *dia*, non *meta*), sed tantum designat tempus et modum quo Christus iudicaturus est vivos et mortuos, scilicet per adventum suum, vel in adventu suo illustri (hoc enim est grecum *metaphorice*), cum scilicet Christus non pauper et humilis, ut olim, sed gloriosus veniet ad iudicium, in quo regnum suum beatum et aeternum cum omnibus Sanctis gloriose inhiat, et quasi coram toto mundo inaugurabitur. Ha Chrysostomus.

Expergeat et horreat sub tali justificatione Episcopus, Parochus, concionator, confessarius.

« Quis haec audiens, ait S. Augustinus, lib. I Contra Crescon., cap. VI, si Deo fideliter servit, si dolosus operarius non est, ab hac diligentia et instantia conquiescat? quis sub tanta justificatione segnus esse audeat? » Jure queritur S. Gregorius, hom. 17 in Evangel. : « Ecce, inquit, mundus totus sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valde invenitur operator: quia officium quidem sacerdotale suscipimus, sed opus officii non implemus. »

2. ISTA (predicationi) OPPORTUNE, IMPORTUNE. — Graece *diastrophos* *hazetiv*, id est tempestive et intempestive. Est proverbium idem significans quod assidue et instanter, quamvis Primasius ex Augustino proprie haec accipiat: « Verbum, inquit, opportunum est libenter audienti, importunum invito. » Et S. Caesarius Episcopus Arclatensis, hom. 26: « Quid est, ait, opportuna, importuna, nisi opportune volentibus, importune nolentibus? Volentibus audire verbum Dei, offerendum est; fastidientibus, ingerendum, ne forte contra nos ante tribunal Christi stantes dicant, se a nobis admonitos non fuisse, et animarum illorum sanguis de manibus nostris requiratur. » Quod enim invitus nunc audit, postea ruminans capiet, libens accipiet, converteretur et gratias aget. Uti ager, cui ligato calculeus aut ulcus secat, dolet, clamat, quin et medicum subinde abigere vult: seetus tamen et curatus gratias agit. Vide Augustinum, lib. De Pastoribus, cap. VII. Audi S. Gregorium, part. II Pastor., cap. IV: « Bicturus, inquit, importune, praemisit opportuna: quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua vilitate se destruit, si habere importunitatis opportunitatem nescit. »

ARGUE, OBSEERA, INCREPA IN OMNI PATIENTIA ET DOCTRINA. — Pro argue grece est *terpeiv*, id est arguentis convincere. « Nam si absque argumentis aliquem increpes, temerarius esse videberis, nullus increpe te perferet, » inquit Chrysostomus, et ille quem increpas, fiet impudens et durus, ac obstinatus.

Secundo, pro obseera, increpa, in Graeco alius est ordo, nam praecedit *terpeiv*, id est increpa: sequitur vero *metaphorice*, id est obseera vel hortor. Interpret ergo Noster haec verba transposuit, ut melius significaret alternationem *obseera*

trum, quam hic praecipit Paulus, scilicet Episcopum nunc debere errantes et peccantes arguere, nunc obseera, mox rursum increpare acris. Nam, ut ait B. Innocentius, dist. LXXXIII, cap. Erastus: « Error cui non resistitur, approbatur; et veritas, cum non defenditur, opprimitur: negligere quippe, cum possis deturbare, perversos, nihil est aliud quam fovere; nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori, cum potest, desinit obviare. » Dicit ergo Apostolus: « Argue, obseera, increpa, » q. d. Increpato est idem quod in chirurgia sectio: obseeratio vero est pharmacum leniens. Hoc ergo adhibe increpationi, ne, si sola sit increpato, quasi sectio, hominem nimio dolore exerciet et ad pusillanimitatem, indignationem, aut etiam desperationem adigat. Ita Chrysostomus, Theophylactus et alii. Sicut enim medicus nunc lenibus pharmaco, nunc acris utitur: sic Episcopus et quivis spiritualis medicus nunc blanditis, nunc asperioribus verbis cum suis agere debet, uti fecit Abraham monachus et Episcopus Cartharum, inquit Theodoretus in Philotheo, cap. XVII.

Verum S. Prosper, lib. II De Vita contemplat., cap. V, haec ad diversos refert: « Argue, inquit, conqueles, obseera seniores, increpa juniores; sed propterea addit: In omni patientia; quia leniter castigatus exhibet reverentiam castiganti; asperitate autem nimia et increpatione offensus, hinc increpationem recipit, neque salutem. »

Nota: Jubeat Apostolus increpationem faciendam primo, in, id est cum, omni patientia; et ut grece est *metaphorice*, id est longanimitate. Secundo, in, id est cum, doctrina, qua scilicet solide alium errasse doceas, etque viam veritatis ostendas. Ratione enim convinci et duci volunt homines. Duae haec dotes necessariae sunt doctori, praedicatori et monitori, doctrina scilicet et patientia, ne tarditati et duritiae ejus quem docet et monet, irascatur; sed toleret, compatitur, et de lapsu ejus doleat magis, quam ille qui lapsus est. Ita Chrysostomus. Unde pulchrum documentum iis qui alios monere aut corrigere volunt, dat S. Augustinus, in epist. ad Galat., in illud cap. VI, vers. 1: « Hujusmodi instructi in spiritu lenitatis, » ut scilicet qui alium sunt correpturi, ante correctionem examinent conscientiam, an amore ad eam moveantur; nec ad eam descendant, nisi examinata conscientia deprehendant se proximi amore ad eum corripiendum impelli. « Quidquid enim, inquit, laerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitatis corrigentis: dilige, et dico quod voles. » Hinc recte advertit Theophylactus non dici simpliciter: « Increpa in patientia, » sed: « In omni patientia, » id est, inquit, quae omnibus modis demonstratur, operibus nimirum, verbis et pecuniis; ut quaquaversum constans et perfecta sit doctoris et monitoris patientia; ut nunquam suam bilem et iram ostendat, quantumcumque auditor aut peccator illi difficilis sit, mo-

lestus et rebellis. Ita nimirum imitabitur Deum: qui peccatores monet, docet, exspectat in multa patientia. Unde Deus ab Hebraeis dicitur multos habere pedes, longas aures, fortes manus, et laticas naves; ipseque Deus licet ob adorationem vituli populo suo maxime intensus, jussit voluntique a Mose hisce nominibus compelli et invocari, Exodi XXXIV, 6: « Dominator Domine Deus, misericors et clemens, patiens, et multa miserationis. » Ubi pro patiens in Hebraeo est *רחום* *רחום* *appain*, id est, longus naribus, hoc est iris, q. d. longus ad iras, tardus ad irascendam; quia enim ira maxime vituli et naribus se prodit, unde irati dicuntur currugus effiant, hinc Hebraei per appain, id est naves, significat iram. Rursum, longus naribus, id est latus naribus, per enallagen quantitas, qua longitudo pro latitudine ponitur. Jam latus naribus idem est quod *metaphorice*, id est longanimitas et tardus ad iram: qui enim angustus sunt naribus, cito irascuntur; eo quod fumos et vapores biliosos ac stomacho ascendentes citius concipiunt, et tardius ob meatum in naribus angustius effiant: unde hebraice cholericus qui cito irascitur, vocatur *רחום קצר* *hazan appain*, id est arcus vel strictus naribus. Talis enim, ut dixi, celer est in bilem. E contrario qui latus sunt naribus, tarde irascuntur: tules enim et bilium facilius effiant, et insuper multum aeris frigidi admittunt, qui bilis aestus temperatur: unde placidiores sunt, et haec de causa lentus ad iram hebraice dicitur *רחום ערעך* *appain*, id est longus sive latus naribus, et tunc Deus, utpote patientissimus et clementissimus, anthropopothas vocatur.

3. ERIT TEMPUS, CUM SANAM DOCTRINAM NON SUSTINEBUNT: SED AD SEA DESIDERIA COACERVABUNT SIBI MAGISTROS, PRUBIENTES AURIBUS. — Dat causam cur dixerit: « Praedica verbum, inquit, argue, obseera, » quia scilicet multi homines voluptuarii et libertini similes sibi magistros, puta haereticos, quarent, qui hominum curiositatem et cupiditatem indulgentes, eos a sana fide et severitate vitae Christianae ad suos errores et vitae mormurque libertatem abducunt.

lestus et rebellis. Ita nimirum imitabitur Deum: qui peccatores monet, docet, exspectat in multa patientia. Unde Deus ab Hebraeis dicitur multos habere pedes, longas aures, fortes manus, et laticas naves; ipseque Deus licet ob adorationem vituli populo suo maxime intensus, jussit voluntique a Mose hisce nominibus compelli et invocari, Exodi XXXIV, 6: « Dominator Domine Deus, misericors et clemens, patiens, et multa miserationis. » Ubi pro patiens in Hebraeo est *רחום* *רחום* *appain*, id est, longus naribus, hoc est iris, q. d. longus ad iras, tardus ad irascendam; quia enim ira maxime vituli et naribus se prodit, unde irati dicuntur currugus effiant, hinc Hebraei per appain, id est naves, significat iram. Rursum, longus naribus, id est latus naribus, per enallagen quantitas, qua longitudo pro latitudine ponitur. Jam latus naribus idem est quod *metaphorice*, id est longanimitas et tardus ad iram: qui enim angustus sunt naribus, cito irascuntur; eo quod fumos et vapores biliosos ac stomacho ascendentes citius concipiunt, et tardius ob meatum in naribus angustius effiant: unde hebraice cholericus qui cito irascitur, vocatur *רחום קצר* *hazan appain*, id est arcus vel strictus naribus. Talis enim, ut dixi, celer est in bilem. E contrario qui latus sunt naribus, tarde irascuntur: tules enim et bilium facilius effiant, et insuper multum aeris frigidi admittunt, qui bilis aestus temperatur: unde placidiores sunt, et haec de causa lentus ad iram hebraice dicitur *רחום ערעך* *appain*, id est longus sive latus naribus, et tunc Deus, utpote patientissimus et clementissimus, anthropopothas vocatur.

3. ERIT TEMPUS, CUM SANAM DOCTRINAM NON SUSTINEBUNT: SED AD SEA DESIDERIA COACERVABUNT SIBI MAGISTROS, PRUBIENTES AURIBUS. — Dat causam cur dixerit: « Praedica verbum, inquit, argue, obseera, » quia scilicet multi homines voluptuarii et libertini similes sibi magistros, puta haereticos, quarent, qui hominum curiositatem et cupiditatem indulgentes, eos a sana fide et severitate vitae Christianae ad suos errores et vitae mormurque libertatem abducunt.

Nota vocem *coacervabant*, id est temere, sine iudicio et delectu, prout agi eos libido, et novitatis ac cupiditatum desideria, aggregabant sibi doctores, non ab Episcopis ordinatos et approbatos, sed quos plebs ipsa sibi deposcerit, perinde ut lapides tumultuarie a multis coacervantur, et in unum acervum et cumulum colliguntur. Unde S. Chrysostomus: « Vox *coacervabant*, inquit, significat confusam doctorum turbam ac multitudinem. » Pulchre et vere Tertullianus, lib. De Praescript., cap. XII: « Ordinationes eorum (haereticorum) temerarie, leves, inconstantes: nunc enim neophytos collocant, nunc sacro obstrictos, nunc apostatas nostros. » Adde, quod hoc saeculo vidimus et videmus nunc quoque, cerdo-

3. ERIT TEMPUS, CUM SANAM DOCTRINAM NON SUSTINEBUNT: SED AD SEA DESIDERIA COACERVABUNT SIBI MAGISTROS, PRUBIENTES AURIBUS. — Dat causam cur dixerit: « Praedica verbum, inquit, argue, obseera, » quia scilicet multi homines voluptuarii et libertini similes sibi magistros, puta haereticos, quarent, qui hominum curiositatem et cupiditatem indulgentes, eos a sana fide et severitate vitae Christianae ad suos errores et vitae mormurque libertatem abducunt.

Deus apud Hebraeos dicitur habere pedes, longas aures, fortes manus et laticas naves.

Latus naribus sicut modum longanimitatis arduis, circumdatis.

Deus anthropopothas vocatur longus naribus.

Vers.

Epist. haereticorum temerarie, leves, inconstantes: nunc enim neophytos collocant, nunc sacro obstrictos, nunc apostatas nostros.

nes, cauponarios, actores et pollinectores, et hisce viliores.

Nota secunda, et prurientes auribus non ad magistros, sed ad auditores qui sibi magistros coarcevant, referendum esse. Graece enim est, κωλύειν τὴν ἀκοήν, in nominativo. Adde, magistros non auribus, sed lingua, discipulos vero auribus prurire. Sensus ergo est, si qui pruriant auribus, coarcevant sibi magistros ad suos pruritus et desideria accommodatos, q. d. si homines desideris vanis et carnalibus pleni, eo quod pruriant auribus, id est eo quod ament audire nova, curiosa, mollia, voluptuaria, hinc quaerunt sibi magistros non qui verbo mordeant et abradant vitia, sed qui sibi et vitii suis ablandiantur, quique aures scalpent, et omni cubito pulvillum assuant, dum mellita et vulgo plausibilia praedicant. Unde S. Cyprianus, lib. III, Testimon. 67 ad Quirinum, legit, « coarcevant sibi magistros, prurientes in audiendo, scalpentis aures. » Sic pruriant auribus Judaei, cum eloquentia Prophetarum, quasi cithara delectarentur, sed mandata eorum negligerent, imo ridebant; quia, ut ait Dominus ad Ezech. xxxii, 31: « In cantum omnis suis vertunt sermones tuos, et tu es eis quasi cithara masticum, quod suavi dulcique sono cantur: et audiunt verba tua, et non faciunt ea. » Tam erat et prurigo illorum, qui dicebant Hieronimus: « Nolite aspicere nobis ea quae recta sunt, loquimini nobis placentia (hebraice חלכות) chabot, id est lenia, mollia, blanda, suavia), videte nobis errores, » Isaia cap. xxx, vers. 10.

Nota: apposite voluptuarii dicuntur laborare morbo pruriginis, qui brevi voluptate longum dolorem affert. Nam, ut ait Plato in Phaedo: « Si cuti jucundum et volupe est scabiem scabere, at postea tetros ciet odores et dolores: ita vitiorum voluptas gustu gratata est, postea vero multum habet fellis et aloes. »

TU VERO VIGILA, IN OMNIBUS LABORA, OPUS FAC EVANGELISTAE, MINISTERIUM TUUM IMPLERE. SOBRIUS ESTO. — Quia, ut dixit, instant pravi magistri et haeretici, qui a sana fide populum ad fabulas erroneas avertent, hinc Episcopo Timotheo acrem hic contra eos indicit vigilantiam, ut quasi Argus centum oculis eos observet, et quasi lupos a suo grege avertat.

Secundo, pro labora graece est κωλύειν, id est mala sustine, perfer et obdura pro Evangelio.

Tertio, « opus evangelistae » vocat non scriptionem, sed praedicationem Evangelii: Evangelistae enim est evangelizare verbum Dei, tum voce, tum vita sancta, inquit Anselmus.

Quarto, pro ministerium tuum imple graece est τὴν διακονίαν σου πληροποιῆσαι, quod Erasmus, Valerius et alii vertunt, facito plenam fidem tui ministerii, id est, tuae praedicationis; ut scilicet eam ad plenum probatam reddas. Sed simplicius, ut

dixi Rom. xiv, 5, Noster hic et alibi Graecum κωλύειν vertit, imple, id est, plene perfice tuum ministerium, ut scilicet perfecte explas et perfungaris tuo docendi, praedicandi et regendi officio: hoc enim tibi tanquam Episcopo incumbit. Id fiet si assidue praedices, sive vita doctrine respondeat, ut tui videant te non venari tua comoda, sed pro Evangelio dura et dira quaeque alacriter pati amore Christi: omnium enim oculi in te sunt conjeci. Ita Episcopus, Pastor, doctor et quisque videat ut spartam, quam nactus est, hanc adornet. Sic S. Cyprianus quotidie populum suum docebat et exhortabatur, ut ipse initio lib. de Disciplina et bono judicium fatetur, dum ait: « Semper enim vel maxime quotidianis Evangeliorum tractatibus vobis fidei et scientiae per Dominum incrementa praestare. Quid enim aliud in Ecclesia Domini utilis geri, quod accommodatus officio Episcopi potest inveniri, quam ut doctrina divinarum per ipsum insinuatam collataque verborum, possint credentes ad repressum regnum pervenire caelorum? Hoc certe mei et muneris et operis quotidianum voluimus negotium, absens haec obtinere conator. » Haec ipse exul per litteras docens populum, quem praesens quotidie per concionem viva voce docebat. Unde de eo Pontius in ejus Vita: « Tanta illi, inquit, fuit sacri cupido sermonis, ut optaret sibi passionis vota contingere, ut, dum de Deo loquitur, in ipso opere necaretur. Et hi erant quotidiani actus destinati ad placentem Deo hostitiam. »

Quinto, « sobrius esto » vocat est in Graeco, neo in Syro, nec apud Ambrosium, Primasium, Haymonem et alios veteres. Unde videtur irrepisse, praesertim cum post illa quae longe perfectiora sunt, scilicet post « in omnibus labora, opus fac Evangelistae, ministerium imple, » satis frigide videatur subungi, « Sobrius esto; » suspicio ergo est, ut notat Franciscus Lucas in suis Notis, illud hic irrepisse, ex ambigue Graecicae vocis alia translatione. Graecum enim εὐ νίψω, quod Noster cum Syro vertit, tu vero vigila, verti potest, tu vero sobrius esto: et ita eo loco ubi nos habemus, tu vero vigila, Ambrosius legit, sobrius esto, nec postea agnoscit sive vigila, sive sobrius esto. Idemque Ambrosius « sobrius esto » explicat per vigila: Admonet, inquit, et hortatur ut vigilet.

6. EGO JAM DELIBOR, ET TEMPUS RESOLUTIONIS MEAE INSTAT. — Nota: Conjunctio est tunc dat causam cur tam impense Timotheum hortatus sit ad vigilantiam et praedicationem, utque ministerium suum adimpleat, quia scilicet mors illi instabat, q. d. Haec monita mea acra sunt, quia ultima: viva voce deinceps te non alloquar. Vide ergo, o Timothee, ut ultima haec monita penitus tibi imprimas, atque in omnem vitam ob oculos ponas, quasi in iis me momentem tanquam presentem semper intuearis.

Nota: Pro delibor graece est ονειδίζω, id est pro

Officium Episcopi: utrumque hinc et verba.

S. Cyprianus exemplum boni Episcopi.

Tu sobrius esto, irrepitum est.

libamento offeror et immolor, sanguinem meum quasi libamen Deo profundo, consecro et sacrificio pro martyrium. Scilicet est ex Levitico sacrificia, sive victimas, sum habuisse libamen vini et olei: erant enim sacrificia quasi convivium Dei; in quo quasi cibus Dei erant victimas, potus vero erat libamen. Victimam ergo hic Paulus vocat gentes a se conversas, Christoque oblatas; libamen vero vocat suum sanguinem, quo hanc victimam sanxit Deoque consecravit. Vide dicta Rom. xv, 16, et Philip. ii, 17.

Advertit hic Chrysostomus et Theophylactus, Paulum hic non vocare se victimam, sed libamen. Hoc enim dignius est: nam victima saepe non tota, libamen vero totum semper Deo offerebatur. Adde, potius et clarius sanguinis effusionem et martyrium significat per libamen, quam per victimam. Ex Dei ergo revelatione et instinctu praescivit Paulus mortem, adeoque martyrium sibi instare. Idem praescivit S. Petrus, ut patet epist. II, cap. 1, 14: « Certus sum, inquit, quia velox est depositio tabernaculi mei (1). »

Hinc nota secunda: « Tempus resolutionis » vocat tempus mortis. Mors enim non est interitus, sed resolutio hominis, qua scilicet corpus terre quasi matri, anima Deo quasi patri redditur, qui in resurrectione: illa conjungit, et in aeternum colligabit ac glorificabit. Unde Tertullianus, in Scorpiaco, cap. xiii, legit, tempus diversionis, id est, reversionis et regressionis meae, ad Deum scilicet, instat; et S. Cyprianus, epist. 9 ad Martyres, legit, tempus assumptionis meae instat. Sunt haec verba Pauli, inquit Augustinus in Psal. xxxi, « exultantis magis ad mortis praesentiam, et ad coronam anhelantis, quam timentis, et seipsum erudiantis. » Ita martyres audito mortis nuntio exullant et jubilarunt. Sic S. Cyprianus audita Valeriani Imperatoris contra se sententia, « Thasiicum Cyprianum gladio animadverti placet, » respondit: « Deo gratias, qui me a vinculis hujus corporis dignatur absolvere. »

Nota tertio, verbum instat, quod Baronius et alii explicant per appropinquat, quia scilicet sub hoc eodem Caesare Nerone post novem annos ego Paulus capite plectar. Putant enim illum haec scripsisse non e secundis, sed e primis vinculis, q. d. Paulus: Mea senectus, mei labores, mea praedictio, aerumnae, persecutiones mihi praesagiunt, imo certo praenuntiant, me non diu victurum, sed brevi moriturum, puta post paucos annos, scilicet octo. Huic sententiae primo favet, quod ait vers 17: « Ut per me praedictio impleatur: » quo significat sibi adhuc aliquid esse praedicandum. Secundo, id quod ait vers. 11: « Adduc Marcum: est enim mihi utilis in ministerium, » scilicet meae praedicationis. Tertio,

(1) Pro delibor a ritu vini infusi victimas jam maculatas resumptum est; sensus est: morti sum proximus, ut victimam est jam vinum infunditur.

Paulus praescivit mortem suam.

Mors quomodo resolutio?

quod vers. 8 ex Graecia evocata est Timotheum; nam hic evocatus ab eo primo anno primorum vineulorum venit ad eum anno secundo eorundem, ut patet Philip. i, 1, ubi Paulus e vinculis cum Timotheo locat Philippenses. Quarto, quod ait vers. 11: « Aducat est mecum solus; » nam post prima vineula Lucas Paulum reliquit, praedicaavitque in Africa et Aegypto: nisi dicas eum inde sub mortem Pauli ad illum rediisse, ut martyrio ejus interesset, uti re ipsa interfuisse testantur acta Lini, quae extant apud Mombritium in martyrio S. Pauli, sed dubie fidei. Idem dici posset de Timotheo et Marco. Hisce et aliis pluribus conjecturis Baronius, et ex eo moderni nonnulli viri eruditi valde probabiliter censent hanc epistolam scriptam esse e primis vinculis. Verum auctoritas veterum in contrarium trahit. Nam e secundis vinculis scriptam esse, censent Eusebius lib. II Hist., cap. xxxi; Hieronymus, lib. de Script. Eccles., in Pauli, S. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Anselmus et alii hinc, ad Syrus, qui in fine epistolae ait: « Scripta est a Roma, cum iterum Paulus sisteretur Neroni. » Favet, quod Demas in primis vinculis Paulo adhaeserit, ut ait Paulus ad Philem., vers. 24, hic autem vers. 9 ait quod Demas se reliquerit, scilicet in secundis vinculis, ut videtur. Rursus favet id quod dicam de Trophimo, vers. 20. Denique urget id quoque enim jam delibor, q. d. Ego jam immolor, instat mihi mors: et ita veteres omnes jam citati intellexerunt. Hoc enim plane significat haec verba: « Tempus resolutionis meae instat, » et: « Cursum consummavi. »

Idem Christianis faciendum est, cum et Gentiles idem fecerint. Socrates enim, inquit Nazianzenus ad Philagrum, « ab Atheniensibus ad mortem damnatus, atque in carcere agens, de corpore quasi de alio ergastulo cum discipulis discessit; cumque fugere posset, recusavit; postquam autem cincta ei oblata est, peribenter accepit, perinde ac si non lethale poculum acciperet, sed propinando amicos ad potandum invitaret. » Unde et Cicero, lib. I De Orat., ait: viros bonos et sapientes, qualis erat Socrates, quasi cyenos cum laude et voluptate morti, quia scilicet praesident et quodammodo divinant, quid in morte boni sit; atque ut ex Platone et Seneca ad Marcianum, cap. xxiii: « Sapientis animus totus in mortem prominet, hoc vult, hoc meditatatur, haec semper cupidine fertur in exteriora tendens. »

7. BONUM CERTAMEN CERTAVI. — Graece, τὴν ἀγῶνιν τὴν καλὴν ἀγωνίσασα, id est agonizavi agonem illum pulchrum, scilicet strenuum et egregium, ideoque decorum et gloriosum, quo pro fide Christi divulganda plurimos labores, aerumnae, persecutiones et afflictiones generose superavi; ac instans martyrium facile me cum Dei gratia superatum certissima spe confido, ut scilicet martyrium quasi eorundem agoni meo imponam. Ita ex Augustino Beda. Alludit Paulus hic, uti alias saepe, ad Olym-

Voluptuarii laborant morbo pruriginis.

Paulus hanc epistolam scripsit e secundis vinculis.

placis agones, in quibus luctando pugnabodeque; et ad stadium, in quo currendo certabant: ubi victor braxio et corona donabatur a brabeuta, id est a praside certaminis, cujus erat braxium dare illi, qui alios in agone aut cursu superaverat. Sic hic tam agon quam stadium Pauli est vita, status et munus evangelizandi; lucta et cursus sunt labores et passiones; victoria agonis est ea, qua certans contra carnem, demonem, mundum, haereticos, Ethnicos, gentesque quaslibet, omnes devicit et Christo subiecit; victoria stadii ejus est tum illa jam dicta, tum haec, quod scilicet in propagatione Evangelii viros sanctos aliosque Apostolos praevertit et superavit; corona est ingenus gradus et cumulus gloriae celestis, quem mox illi daturus erat brabeuta Deus.

Ad instar S. Pauli B. Agatha fortiter decurso agone suo, jam moriens: « Vidisti, inquit, Domine, et spectasti agonem meum, quomodo pugnavi in stadio; sed quia nolui obedire mandatis principum, iussu sum in mamilla torqueri. Domine, qui me sustodisti ab infantia, qui abstulisti a me amorem saeculi, qui me carnicum tormentis superiorum fecisti, accipe animam meam. »

CURSUM CONSUMMAVI. — Putant aliqui cursum idem esse cum certamine et agone, qui processit; quasi Paulus quod generatim dixerat: « Bonum certamen certavi, » hic particulatim explicet dicens: « Cursum consummavi, » q. d. Certandum cursu vici, et victor metam attingi. Verum melius alii agonem a cursu distinguunt: agon enim erat pugilum et athletarum luctantium, certantium et pugnantium; cursus vero erat currentium et stadiodromorum. Unde haec distinguit Apostolus I Cor. cap. ix, vers. 26: « Ego, inquit, sic curro, non quasi incertum; sic pugno, non quasi aere verberans. » sine et Theodoretus explicans illud: « Bonum certamen certavi, » id est, inquit, adversus universam diaboli catervam dimicans, fuis ac profligatis hostibus trophaeum erexi. Sicut ergo labores et certamina ad propagationem Evangelii comparat Paulus partim agoni, partim cursui, quia hic cursus ejus erat agon. In hoc enim Evangelii cursu et stadio certandum illi erat contra demones, Iudeos, magistratus aliosque Ethnicos et impios, qui in hoc cursu Paulum impedire, eumque sistere et Evangelii propagationem inhibere conabantur. Sunt haec Pauli verba, non se jactans, sed consolans et exhortans Timotheum, ad se in hoc cursu sequendum, q. d. Ego a carcere ad metam decurren, victor ex stadio abeo ad coronam, letare ergo et me praesentem assectare, o Timothee, tibi lampada trao. Sic Chrysostomus qui ait: « Ita ecurrat Paulus quasi volucris, imo volucris omni pernicius, quasi igneas alas haberet, quibus mundum, mortes, insidias, arumnas, delicias, illecebras et omnia Evangelii impediimenta pervolaret. » Cursus ergo hic Pauli progressum ejusdem, tum in virtutibus, tum potius in laboribus et predicatione Evangelii, tum

deique cursum et peregrinationes Pauli per terras et maria ad Evangelium toto orbe propagandum, significat.

Ubi nota: Hic fait ordo et cursus peregrinationis S. Pauli. Primo, Damasco in Arabiam profectus est, ad Galat. i, 17; ex Arabia post triennium Damascum reversus est, inde abiit Hierosolymam ut videret Petrum, ad Galat. i, 18; Hierosolymam, per Caesarem, venit Tarsum; inde cum Barnaba Antiochiam, unde ab Ecclesia Hierosolymam misus est, ut pauperibus Hierosolymitanis elemosynam perferret; inde Antiochiam rediens missus Spiritus Sancti abiit Seleuciam, mox in Cyprum. Ab hac per Pamphyliam, Pisidiam, Lycaoniam, Hierosolymam rursus pervenit, interueniente primo Concilio Hierosolymitano, Actor. xv; unde rursus ab Apostolis missus cum Sila et Barnaba peragravit Syriam et Ciliciam; deinde Phrygiam, Galatiam et Mysiam. Inde venit Troadem, ubi per visionem vocatus in Macedoniam, Europam ingressus pertransiit Boetiam, Achaiam, Epirum. Sicque ab Hierosolymis usque ad Illyricum omnes in circuitu regiones Evangelii predicatione replevit, Rom. xv, 19. At tandem rediens Hierosolymam, inde Romam victus missus est; sed liber dimissus, Italiam, Hispaniam, aliaque loca peragravit; donec secundo Romam veniens, cum Petro, Simonem Magum superavit ac dejecit, tandemque jussu Neronis capite plexus martyrii lauream obtinuit. Quare merito Chrysostomus, hom. 73 ad Pop., tom. V: « Quantum, inquit, soli terrae percurrit proprios emittens radios, tantum et hic beatus (Paulus) sollicitudinem, et curam habuit Ecclesiarum omnium, quae erant (aut potius quae per ipsum future et vidende erant) per totum orbem terrarum. Ergiste enim animae, vidisti mentis magnitudinem. » Vespasianus Imperator, teste Xiphilino, lethali morbo laborans, cum nihilominus aequae ac valens reipublicae negotia tractaret, monitus a medicis, ut iis sepositis requiesceret, respondit: « Imperatorem decet stantem mori. » At Paulus non tantum stans, sed et currens occubuit: non enim curere distulit in hoc suo agone, donec eum vita deseruit, itaque cursus suum in morte consummavit.

FIDEM SERVAVI. — « Fidem, » scilicet Christianam, vel potius fidem, id est fidelitatem: hoc enim requiritur in pugile et stadiodromo. Nemo enim coronabitur in agone et stadio, nisi qui fideliter et legitime in finem usque certavit. Unde Primasius per fidem intelligit perseverantiam, q. d. Fidelis fui athleta, perseveravi alacris in contenta hac pugna et cursu ad finem usque vite. Nemo mihi constantiam, nemo animos, nemo fidelitatem infregit aut inanimavit, non Iudei, non Gentiles, non reges, non Philosophi, non demones, non vincula, non plaga, non deliciae, non tentationes, non terrores: quin potius haec omnia certanti et currenti vires animosque addiderunt

Quam suave et jucundum erit morituro, si cum Paulo in hora mortis, teste conscientia, possit sibi dicere: « Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. » Certamen ergo genitose, cursum strenue, dum vivimus et vigemus; ut in illo ultimo vite articulo et puncto, in horione, inquam, aeternitatis, qui separabit et determinabit nos in perpetuum a vita hae temporanea, et in alteram, quae totius est aeternitatis, transcribet, de vita transacta gaudere, de futura quam optime sperare possimus, ac dicere: « Cursum consummavi, fidem servavi. »

8. IN RELIQUO REPOSITA EST MIHI CORONA JUSTITIAE, QUAM REDDET MIHI DOMINUS IN ILLA DIE JUSTI JUDEX. — Pro in reliquo graeco est *tanis*, id est quod superest, ut vertit Ambrosius, quod vulgo dicimus, de cetero.

Secundo, ex eo quod Paulus constanter asserat, hanc coronam in caelis sibi repositam esse, putat Anselmus Paulum accepisse revelationem suae praedestinationis et electionis ad gloriam. Sed hoc non evincit nec exigit hic locus. Tantum enim Paulus id asserit ex fiducia bonae suae conscientiae, sicut ex eadem non autem ex revelatione divina dixit: « Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. » Conscientia enim sibi bene conscia, uti dicere potest: « Bonum certamen certavi, » etc., non quod habet hujusce rei certitudinem fidei, aut revelationis divinae, sed tantum moralem, quamdam securitatem, certamque opinionem et confidentiam ex memoria vitae praeteritae bene actae, et ex testimonio suae conscientiae manantem: ita consequenter pari confidentia dicere potest: « Reposita est mihi corona justitiae. » Simili spe et constantia tum alii, tum S. Ambrosius moriens dixit: « Nec mori timeo, nec vivere reuso; bonum enim habemus Dominum. » Addit S. Augustinus, lib. II De Peccatorum meritis, cap. xvi: « Ideo, inquit, talibus verbis moriens, cap. xvi: « Ideo, inquit, talibus verbis moriens, cap. xvi: « Ideo, inquit, talibus verbis moriens, cap. xvi: »

Nota tertio, « coronam justitiae » vocari eam quae justitia, id est cuius virtuti, debita est. Ita Chrysostomus cum suis.

Secundo, ut Anselmus, « corona justitiae, » id est justa, quam juste merui, quaeque justa iudicis sententia mihi adjudicabitur.

Hinc patet nos bonis operibus mereri beatitudinem et gloriam aeternam ex condigno. Hoc enim significat corona justitiae, quam non dat, sed reddit pro merito, non donatur, sed justus iudex Christus. Sua ergo cuique virtuti erit corona, eaque pro meritis varia. Nam, ut ait S. Au-

gustinus, serm. 37 De Sinitis: « Floribus ejus (Ecclesiae celestis) nec rosa, nec lilia desunt. Geront nunc, charissimi, singuli ad utrosque honores, amplissimas accipere dignitatum coronas, vel de virginitate candidas, vel de passione purpuras, vel de doctrina laures; » illudque *hinc*, cap. xi, vers. 13, spectent et expectent: « Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; et qui ad justitiam erant multi, quasi stellae in perpetuum aeternitates. » Item S. Augustinus, lib. II Quaes. Evangel., Quaes. XXXIX: « Omnia, inquit, dici possunt de illa ineffabili fructione veritatis, et tanto magis omnia dici possunt, quanto minus aliquid digne dici potest; nam et lux est illuminatorum, requies exercitatorum, et patria relictum, et esca indigentium, et corona vincientium; et quaecumque bona temporalia transeuntia per creaturarum partes error appetit infidelium, veriora et in aeternum manentia in creatore omnium simul inventura est pietas florum. »

Adverte, hanc coronam dandam esse in « illi die, » scilicet celebri et publica, puta in die iudicii generalis; non quod ante non detur, scilicet stadiu a morte in iudicio particulari, uti censuerunt Graeci et Armeni, quos damnat Concilium Florentinum, sed quod in iudicio universali plena et consummata, scilicet corporis et animae, et publica coram toto mundo dabitur corona.

Queritur hic, an Deus hanc coronam justis ex iustitia debeat, ita ut debito iustitiae obligetur eis ad dandam hanc coronam, adeoque quae et qualis iustitia sit in Deo? Videtur enim indignum in Deo ponere aliquid debitum, dumque debito rem facere homini. Ex altera tamen parte Scriptura hic dicit, Deum hanc coronam redditorum Sanctis, tanquam coronam justitiae, id est ex iustitia eis debitam. Sic et *Malch.* xx, jubet operariis dari stipendium, quod diurno eorum labori promissum et pepigit. Rursus Scriptura saepe dicit Deum redditorum cuique secundum opera, id est pro meritis operum, sive penam, sive praemium, prout commeruit; quodque impios iuste vindicabit et puniet igne inferni. Ergo in Deo est iustitia tam vindicativa, quam distributiva et commutativa, qua idipsius. Facit. Clarius vero idem significat Paulus ad Hebraeos, vi, 10: « Non enim injustus, inquit, est Deus, ut obliviscatur operis vestri et dilectionis, » q. d. Ne injustus videatur esse Deus, ipse omnino non obliviscetur vestri laboris, sed illi debitam mercedem rependet. Unde sequitur quod Deus mercedem hanc labori eorum debeat ex iustitia. Ut haec et plures aliae similes S. Pauli, et sacrae Scripturae sententiae intelligantur,

Dico primo, in Deo est iustitia vindicativa, seu punitiva. Patet, quia hic Deus punit damnatos et peccatores. Est etiam in Deo iustitia distributiva et commutativa. Patet id ex hoc loco in corona et mercede quam Beatis Deus distribuit, pro eisque meritis, eaque cum eis quasi pretium pro re vel opere merito commutat.

Verba haec sunt per se et in se, et non sunt in se.

Error dicitur in die iudicii generalis, non in die iudicii particulari, uti censuerunt Graeci et Armeni, quos damnat Concilium Florentinum, sed quod in iudicio universali plena et consummata, scilicet corporis et animae, et publica coram toto mundo dabitur corona.

An in Deo sit iustitia distributiva, et commutativa, qua idipsius. Facit. Clarius vero idem significat Paulus ad Hebraeos, vi, 10: « Non enim injustus, inquit, est Deus, ut obliviscatur operis vestri et dilectionis, » q. d. Ne injustus videatur esse Deus, ipse omnino non obliviscetur vestri laboris, sed illi debitam mercedem rependet. Unde sequitur quod Deus mercedem hanc labori eorum debeat ex iustitia.

Sententia et peregrinationis S. Pauli per terras et maria ad Evangelium toto orbe propagandum, significat.

Ad Paulum hanc coronam in caelis sibi repositam esse, putat Anselmus Paulum accepisse revelationem suae praedestinationis et electionis ad gloriam.

Contra ista et auctoris bene notantur in morte.

Beatus enim significat corona justitiae, quam non dat, sed reddit pro merito, non donatur, sed justus iudex Christus.

Secundo, in Deo nullum est debitum justitiae vindicativae, quod scilicet tenetur Deus punire peccatores, nec etiam in Deo est debitum justitiae distributivae, et nullo minus commutativae. Intellego debitum formale, perfectum et absolutum, quale est inter homines et aequale: quo scilicet astringatur absolute ex justitia Deus ad dandum justis mercedem, sicut homo astringitur dare operario, quem conduxit, pretium, quod stipulatus est. Patet id primo, quia, ut passim docet Scriptura, Deus absolutissimum omnium rerum et creaturarum suarum habet dominium, quod a se abalienare, et figure atque astringere non potest maxime tali vinculo, scilicet debito justitiae tam arcto et rigido.

Secundo, quia creatura omnis est sub potestate Dei, quasi serva sub domino, idque plenissime servitutis jure, quod omnia et singula quo possidet. Sicut ergo dominus potest servo rem, puta vestem promissam negare, imo donatam auferre, et promissionem rescindere atque irritare sine injustitia, quia quidquid servus possidet ut servus, id totum domini sui est: ita multo magis potest idipsam cum hominibus et angelis suis Deus. Unde si herus servo, et per impossibile Deus justis negaret praemium quod promisit, esset quidem metabilis et infidelis, non tamen esset proprie injustus.

Tertio, quia opera nostra non tantum sunt praecipua et debita Deo, sed et ipsa tota sunt Dei, et omnis eorum meritum, omneque jus ad mercedem, in solidum est Dei, totumque a Deo pendet, in esse et conservari, perinde ut reliquae res et creaturae omnes; imo a Dei gratia opus meritum omnem suum valorem et meritum accipit, ac proinde haec omnia intime pendunt a libera voluntate Dei, in cujus manu est absolute ut sint vel non sint in rerum natura: nullo ergo modo eis astringi aut obligari potest Deus, cum quolibet momento ea possit abrogare, imo annihilare. Adde, quod voluntas divina a nullo extrinseco ligari vel determinari potest, sed tantum a seipsa.

Quarto, quia obligatio et debitum sonant imperfectionem, scilicet exigentiam et reale debitum, adeoque significant jus, eminentiam et imperium creditoris in debitorem, quodque jure eum cogere possit ad solvendum. Quod Deo competere negat: Deus enim, ut ait S. Augustinus, lib. II Confess., cap. IV, « reddit debita nulli debens. » Ita Anselmus, in Prolog., cap. X et XI; D. Thomas, Ludovicus Molina et Gabriel Vasquez, I part., Quaest. XXI, art. 1.

Deo tertio, dicitur tamen hoc honorum operum meritum esse debitum, eorumque merces vocatur corona justitiae: Primo, quia opus ipsum, et actus ipse bonus, ex se tali praemio, scilicet vita aeterna, dignus est, illique proportionatus: tum quia gratia, et actus ex gratia procedens est semen gloriae; tum quia hanc mercedi facultatem nobis meruit Christus; maxime accedente Dei pro-

mmissione, qua tam Christo, quam nobis, promisit se bonis operibus nostris mercedem daturum. Intercedit ergo hic justitia si non ex parte Dei, certe ex parte rei.

Secundo, etiam Deus justis est debitor ex fidelitate, seu veracitate, quae pars est praestativa justitiae. Fidelis enim est Deus, et fidem suam liberat, cum justis praemium quod promisit, dat et praestata.

Tertio, insuper debitor hic est Deus ex justitia quadam commutativa, supposita tamen et manente promissione sua, qua tali operi mercedem promisit. Ex justitia, inquam, non rigida, sed tali, qualis inter patrem et filium, servum et herum, creaturam et creatorem esse potest: quia Deus mera liberalitate sua promisit bonis operibus hanc mercedem, ac consequenter, ait S. Augustinus, serm. 16 De Verbis Apostoli: « debitorem se fecit non tantum sibi, sed et Christo et nobis, ut illi dicere possimus: Redde quod promissisti, quia fecimus quod jussisti. » Sic et Chrysostomus, hom. 3 in Matth.; Cyprianus, tract. De Orat. et Eleemosyna; Fulgentius, praef. ad Monimum, dicunt Deum debitorem nobis fieri dum bona operamur. Sicut ergo, licet filius sit aliqui patris, et ex pietate teneatur patri obedire, tamen est jus et justum quoddam patrum, quo pater tenetur ex justitia quadam filijs morigenis, laborantibus, certantibus, vincuntibus dare praemium, quod promisit: ita et Deus nobis licet filius et servus suis, laborantibus tamen et certantibus, tenetur ex simili quadam justitia dare mercedem quam promisit. Et ratio est, quia Deus praemium hoc promisit non gratis, sed sub conditione operum, tanquam mercedem pro eorum merito. Ergo praestito a nobis opere, eoque impleto, hanc mercedem debet nobis Deus tanquam mercedem: ergo ex justitia. Qui enim promisit mercedem pro opere praestito, tenetur solvere eam ex justitia, non autem ex fidelitate tantum. Ex fidelitate enim quis debet solvere quod promisit, etiam sine ulla conditione aut merito operum, ut sit fidelis et verax. Et hoc significat hic corona justitiae, quam Deus bonis reddit quasi justus iudex, ex eoque, Matth. XX, Deus solvit operariis denarium promissum, quasi pretium diurni laboris: unde patet consequenter operarios habere jus justitiae ad hunc denarium. Idipsum significat Paulus, cum ait Hebr. VI, 10: « Non enim injustus est Deus, » etc., q. d. Injustus esset Deus, si oblivisceretur vestris operis et laboris.

Dices, quomodo ergo Deus retinet altum suum et absolutum jus et dominium omnium, si omnino ex justitia obligatur nobis dare praemium? Respondeo: Jus hoc altum et transcendens semper retinet Deus, quia citra injuriam potest et potest promissionem hanc suam et obligationem rescindere et irritare. Si tamen velit eam manere ratam, uti vult, quia est immutabilis et fidelis in promissis, tunc consequenter vult ut

maneat haec obligatio et debitum justitiae, quo sponte Deus ex infinita sua benignitate se nobis obligare dignatus est, vultque manere obligatus. Dices secundo: Omnia opera nostra sunt Dei, ergo nihil possumus dare Deo, quod Deus recompen-

pondeo: Quae Libet sint Dei, sunt tamen etiam nostra, quia libera ea facimus, et Deus nos eorum dominos fecit. Si ergo ad Dei gloriam et cultum ea facimus et referimus, quoddam bonum, scilicet cultum, Deo damus, quem ipse accipiat. Pro quo ipse vicissim nobis mercedem promittit et solvit. Est ergo inter nos et Deum commutatio quadam et pactum, ac consequenter debitum quoddam justitiae commutativae, licet non tantum, nec tam rigidum quam inter homines.

Dices tertio: Indignum est Deo, quod debitor sit homini. Respondeo: Indignum esset si ex necessitate aut utilitate sua esset debitor; non autem indignum est hoc rerum statu, quo hoc debitum oritur ex infinita Dei benignitate, quae tam familiariter agit cum sua creatura, quasi ipsa non esset naturaliter serva, sed libera, et cum illa vult cum pari init foedus, seque illi obligat per suam justitiam. Unde S. Augustinus, serm. 3 De Verbis Domini: « O magna, ait, bonitas Dei! cui cum pro conditione reddere debeamus obsequia, utpote servi Domini, mancipia Redemptori, amicitiarum nobis praemis promittit, ut a nobis obsequia debite servitutis obtineat. » Haec de re qui plura vult, legat Franciscum Suarez in opusculis, relectione II De Libertate divina, et relectione De Justitia.

NON SOLUM AUTEM MIHI, SED ET HIS QUI DILIGUNT ADVENTUM EJUS. — Graeco τῶν ἀγαπῶντων, id est, qui dilexerunt « adventum, » graeco ἐπιμένοντων, id est apparitionem et illustrationem ejus, cum scilicet illustris apparebit veniens ad iudicium, q. d. Christus iudex dabit coronam justitiae iis, qui sibi bene conscii desiderant, et in vita saepe desideraverunt ejus adventum, ad eamque bene vivendo se compararunt et indes comparant, uti tu facis, o Timothee, utque ardentius facias, tacite hic te adhortor. « Adventum enim iudicis, inquit Anselmus, non diligunt, nisi qui in causa sua habere se justitiae meritum sciunt; » et, ut ait S. Gregorius, « nisi qui se habere causam in iudicio bonum norunt; » « quique, ut ait S. Augustinus, epistola 80, eundem sinceritatis fidei, firmitate spei et ardore charitatis expectant. » Rursum Theodoretus: « Amat, inquit, Domini adventum, qui illius leges sequitur, et ex illis vitam instituit. » Pulcherrime vero hic Chrysostomus in morali hom. 9, quereit quomodo diligere possimus secundum adventum Christi, ad eamque nos comparare; ac respondet, id nos assueturos, si primum Christi adventum diligamus, eumque nobis procuramus, faciendo id quod ipse ait Joan. cap. 21, 22: « Si quis diligit me, sermonem

Quomodo non sit indignum Deo esse debitor homini?

Quomodo non sit indignum Deo esse debitor homini?

meum servabit, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus; » ac consequenter, si omnia terrena aestimemus esse cernam ac lutum; si cum Christo injurias et adversa queque patienter et fortiter perferamus; si in omni tentatione constanter Deo adhaereamus; in eumque omnem spem et amorem defigamus; si denique hanc coronam justitiae nobis semper ob oculos ponamus.

Narrat S. Basilius, hom. 20 De xl Martyribus, cum illi in stagnum gelidum injecti essent, caelitus luce circumfusos fuisse, angelosque caelestes coronas 39 singulis suam adornasse et ostentasse: quas videns custos eorum ita accensus fuit, ut ad Christum conversus, detraxit vestibus, alacer in gelidum hoc stagnum insilierit, alisque triginta novem se adjunxit, ut quadragesimi, qui deficiens ex stagno exilierat, palmam et coronam obtineret.

FESTINA AD ME VENIRE CITO. — ut in vinculis ab omnibus pene desertus et jam moriturus tibi uni publica Ecclesiarum negotia commendem, aliaque quae scriptis mandare nec possum, nec audeo: utque fideles Romani nullam in morte mea turbationem patiantur, sed a te consolationem, robor animosque accipiant, Ita Chrysostomus.

9. DEMAS ENIM ME RELIQUIT, DILIGENS HOC SECLUM. — id est, inanis otiosi, molitur quiescere et accidari in seculo, quam cum Paulo periclitari pro Christo. Ita Chrysostomus cum suis, et Primasius: « Necesso, inquit, erat ut diligens saeculi voluptates derelinqueret eum (Paulum) qui eas non amabat. » Putant aliqui Demam penitentem postea ad Paulum rediisse. Nam ejus quasi adjutoris sui meminit in epistola ad Philemonem, vers. 24. Sed hoc incertum est, cum incertum sit, an epistola ad Philemonem post hanc sit scripta: nulli enim hanc omnium ultimam esse volumus. Si Dorotheo in Synopsi credimus, Demas desciscens a Paulo factus est idololorum sacerdos. Vido quo ruan apostate.

10. CRESCENS IN GALATIAM. — supple, abiit versus a me, ad predicandum ibi Evangelium. Per Galatiam Theodoretus et alii accipiunt Galliam: hanc enim Galatiam esse dicunt, eoque ut Gallos a Graecis vocatos esse Galatas, docet Ammianus Marcellinus, lib. XV. Certo Crescens hunc in Galliam amandatum, Viennensem rexisse Ecclesiam, constat tum ex Eusebio, lib. III Hist., cap. IV; tum ex Romano Martyrologio, 27 junii; nisi dicas ex Galatia illum in Galliam abisse (1).

11. LUCAS EST MECCUM SOLUS. — Tradunt Romani, teste Baronio, anno Christi 69, petrum cum Paulo Romae per novem menses in eodem carcere Martiniano conclusos fuisse, indeque ductos ad martyrium. Quod ergo dicit secum solum esse

(1) Fuit hic Crescens unus ex Caesaris domo, Phil. IV, 22; forte et is ipse Neronis libertus, cujus meminit Tacitus, lib. I Historiarum.

Demas quilibet, et an postea penitentem sit?

Vers. 10. Galatia an Galia?

Lucam, intelligit solum, scilicet, qui liber sit, qui libero se adjuvare, suaque negotia paragere possit. Adde, Petrum in eodem quidem carcere, sed in alia carceris parte fuisse.

Cuius et qualis fuerit hic Marcus?

MARCUM ASSUME, ET ADDUC TECUM: EST ENIM MIHI UTILIS IN MINISTERIUM. — Evangelium scilicet, ut hic alibi praedicit. Marcus hic, non est idem cum Marco Evangelista, sed proprio nomine dicitur esse Iohannes, cognomento Marcus, consobrinus Barnabae, ut patet Coloss. iv, 10. Hic Marcus timore periculorum et laborum deseruerat Paulum peregrinantem; unde a Paulo rejectus fuit, ut patet 2 Cor. xv, 37; postea vero penitentem eum et strenue laborantem in gratiam et contubernium recepit Paulus: unde et studioso eundem Colossensibus commendat.

11. TYCHICUM AUTEM MISI EPHESEM. — ut scilicet vices Timothei Ephesepi Episcopi, Romam a me evocati, Ephesi supplet.

Sollicitudo Ecclesiarum in Paulo.

Nota Pauli in vinculis sollicitudinem Ecclesiarum, satagemem ut quas per se non poterat, per discipulos instrueret et confirmaret. Hinc Crescentum in Galatiam, Titum in Dalmatiam, Tychicum Ephesum, Marcum et alios alio amandavit.

Vers. 13.

13. PENULAM QUAM RELIQUI TROADE APUD CARPUM, VENIENS Affer tecum, et libros, maxime autem membranas. — Per penulam Ambrosius, Haymo et Anselmus intelligunt vestem senatoriam Paulo a patre relictam, qua civis Romani et externi etivale donati, cum hominem veniebant, utebantur.

Quid Paulus per penulam intellexit?

Senatores enim penulam incedebant, et Romani penulam curiam intrabant. Paulus autem, utpote Tarsensis, civis erat Romanus, et quia nobilis, erat senatorii ordinis. Sed quid captivo et iam-jam morturo veste senatoria erat opus?

Secundo, Syrus vertit בית כתבתי בת ketobe, id est thecam librorum. Unde et Baronius putat fuisse volumen legis. Sed hoc videtur intelligere non per penulam, sed per libros quos subiungit Apostolus.

Penula Enim in Casella, vel Fibula.

Tertio, alii, quibus favet Tertullianus, lib. De Orat., cap. xii, putant « penulam » esse vestem sacram quam nos Casulam vel Planctam vocamus, quae dicta sit penula, *pen* et *ul* quia dicitur, quia scilicet tota videtur, et totum corpus oberrat. Unde et Planeta dicitur *pen* et *ul*, id est ab oberrando.

Penula idem quod pallium ad frigus et pluviam ar-tura 5 :

Quarto, melius et communiter alii, ut Chrysostomus, Theophylactus, Hieronymus, dialog. III Contra Pelagianos, « penulam » capiunt pro pallio aut veste simili extima ad frigus et pluviam ar-tura 5 :

Et multo stillet penula nimbo.

Et Lampadius in Severo: « Penula, inquit, intra urbem frigidis causa ut senes uterentur permisit, cum id vestimenti genus semper itinerarium aut pluvium fuisset. » Ita Lazarus Baysius, lib. De Vestibus, cap. xvi. Hoc ergo pallium petit sibi af-

ferri Paulus, tum quia et commodus erat, utpote quod illi jam assueverat; tum ne cui in carcere gravis sit, sed ut ipse se vestiat, et contra aeris hyemisque injurias corpus suum communiat. Hyems enim instabat, ut patet vers. 21.

Nota: Carpus cujus hic meminit Paulus, videtur esse is, quem laudat, et cujus visionem miram Christi apparentis dicentisque sibi indignanti, et de infidelibus hostibus suis vindictam expetenti: « Carpe, percutere adversum me, nam paratus sum pro hominibus salvandis iterum pati, » recenset S. Dionysius, epist. 8 ad Demophilum; tantum interest, quod Carpus, de quo Paulus hic, Troade: Carpus vero, de quo Dionysius, Creta habitavit; unde Baronius duos putat fuisse Carpos. Alii tamen cum Anselmo, unum eundemque faciunt Carpum, qui prius Laodiceae, quae est juxta Troadem, deinde Cretae fuerit Episcopus.

Nota secundo: Petit Apostolus in carcere et morti vicinus afferri sibi libros et membranas, in quibus scilicet scripta erat sacra Scriptura, sive libri veteris Testamenti. « Libros » vocat velustiores, ab aliis scriptos: « membranas » vero recentiores a se conscriptos. Ubi advertit quomodo otium fegerit Paulus, quamque studio sacrae Scripturae fuerit deditus, ut illi immori vellet: nimirum « tandem discendum nabis est, quomodo vivitur » inquit Solon. Vide dicta epist. I, cap. iv, 13.

Scilicet studio et discendum.

14. ALEXANDER ERANUS MULTA MALA MIHI OSTENDIT: REDDET ILLI DOMINUS SECUNDEUM OPERA EUS: 15. QUEM ET TU DEVITA: VALDE ENIM DESTITIT VERBIS NOSTRIS. — Alexander P. primo crediti Christo, sedavitque tumultum: cont. a Paulum Ephesi excitatum, Aetor. xix, 33. Ex quo loco patet eum Iudaeum fuisse, sed Ephesi habitasse. Vocatur hic « erarius » non quia erarii fuerit custos aut receptor, ut vult Anselmus, sed quod faber esset aeris et vasorum aereorum. Hoc enim significat Graecum *αἰματός*. Hic postea a fide defecit, ut patet epist. I, cap. 1, vers. ult., valdeque Paulo et Evangelio restitit, multaque mala ei ostendit, id est exhibuit, fecit, intulit. Hoc enim significat Hebraeum *אֵרָאָה הָרָא*, id est ostendit, ut dixi I Cor. iv, 9. Aperte vero dicitur, ostendit, potius quam intulit, quia improbi probos laedunt, non tam re ipsa, quam inopia sua voluntate, voto, desiderio: prohi enim sua patientia communi re ipsa nullis malis laedi aut affligi possunt, sed omnia superant, ac mente in caelis positi transcendunt.

Scilicet studio et discendum.

Quis hic Alexander, et quare vocatur Erarius?

Nota: Pro reddet, Noster in graeco legit *ἀποδοσει*, jam legitur *ἀποδοσει*, id est reddat, quod optet Paulus non affectu vindictae, sed zelo justitiae impium Alexandrum puniri a Deo.

16. IN PRIMA MEA DEFENSIONE NEMO MIHI AFFUIT, SED OMNES ME DERELIQUERUNT. — Hinc Baronius putat hanc epistolam scriptam esse et primis vinculis, cum jam dimittendus, et pene liber esset Paulus. Nam, ut sequitur; postea statim toto orbe perrexit Paulus evangelizare, q. d. Cum primo

causam meam coram Nerone egi, ita eam egi, ut dei opus ejus animum flexerim, meque censeret dimittendum. Idque factum est Dei consilio, ut per 9 annos adhuc superstes essem, pergeremque per Hispaniam aliasque provincias complere praedicationem meam. Verum verior et communior sententia non minoribus quam prior, imo majoribus conjecturis subnixta est, et secundis vinculis hanc epistolam esse scriptam, uti dixi vers. 6, et iterum dicam vers. 20.

Quo fuerit prima hae Pauli defensio?

Unde secundo, alii primam defensionem hic intelligunt eam quam primo fecit Paulus, cum secundo carceri inclusus fuit, paulo ante martyrium, q. d. Cum primo in secundis vinculis me sit. Neroni, sociis me dereliquentibus, Deus nihil aslitit, ut coram eo plene auderem praedicare, omnesque gentes audirent hanc meam liberationem coram Nerone praedicationem, itaque in fide confirmarentur; maxime quia tum liberatus sum a morte, quam putabatur Nero statim mihi illaturus; sed Deus eum mitigavit, dum post novem menses rursus Nero saeviens et furens in Paulum, eundem occidit. Unde Theophylactus illud quod sequitur, « Ut per me praedicatio impleatur, » id est, inquit, stabiliatur, « et audiant omnes gentes, » scilicet gloriam meae liberationis et praedicationis. Rursus, attendit curam quam de me gerit Deus. Verum cum absolute dicat Apostolus hic se liberatum de ore leonis, id est Neronis, ut posset complere praedicationem suam, videtur absolute et vinculis dimissus fuisse, et novem non mensibus, sed annis pluribus supervixisse ad complendam praedicationem suam.

Quanto tempore post primam hanc defensionem fuerit Pauli defensio?

Unde tertia, optime Eusebius, lib. II Hist., cap. xxii, Beda, Anselmus et alii, primam defensionem hic intelligunt eam quam fecit Paulus in primis vinculis, cum scilicet secundo anno Neronis Hierosolymis captus, ad eundem Romam missus est, ibique per biennium mansit. Tunc enim a suis, Neronis fastum et furorem metuentibus, desertus, Deum habuit adiutorem, qui Neronem ei benevolum reddidit, ut a carcere liberatus sit, et per novem annos Hispaniam aliasque provincias evangelizando obivertit, donec secundo captus secundam suam defensionem coram Nerone peregit: sed dispari eventu. Nero enim jam tot crudelibus scis facti-oribus efferatus, et in Paulum ad Petrum furens, quod novum Deum Christum inducerent, quodque Simonem Magum, quem in deliciis habebat, volentem precibus suis delectarent; nominatim vero in Paulum frendens, quod pinceram suam ad Christum convertisset, inquit Chrysostomus, quodque conebinas suas a se ad fidem et castitatem traduxisset, ut ex Ambrosio et Chrysostomo docet Baronius: hinc, et inquam, de causis furens Nero Paulum gladio et morti adjudicavit. Scribit ergo hic Paulus e secundis vinculis illud, quod sibi in primis contigerat.

Lices, hoc mirum videri, quod scilicet tanto

tempore, scilicet novem annorum, alsepo, hinc demum scribat ad Timotheum, qui jam problem illa intellexerat. Respondeo: Licet alunde id intellexerat Timotheus, non tamen ex litteris Pauli, qui in Hispaniam aliasque areas abiens, longissima me aberat a Timotheo, nullasque interim ad Timotheum litteras dederat. Rediens ergo Romam ad secunda vincula Paulus, aperi refracta ea qua in primis contigerant, tum ut Timotheum eorum memoria animet et excitet, tum potius quia futuris saeculis haec scribere et consignare volebat.

Moraliter, S. Ambrosius per defensionem hic intelligit passionem et persecutionem Pauli: Nam passio, inquit, Christianis vita est, et persecutio defensio: pressura enim illa pro justitia defendit illos in die iudicii, reos constituens perfidos.

17. DOMINUS AUTEM MIHI ASSISTIT, ET CONFORTAVIT ME. — « Necesse est enim adesse divinum, ubi humanum cessat auxilium, » inquit Philo, lib. II De Vita Mosi. Et, ut ait Origenes, hom. 9 in Num.: « Tum maxima gratia Dei adest, cum hominum saevitia concitatur; » « ibique, teste Ambrosio, lib. De Joseph, plus est auxilii, ubi plus est periculi. »

Expertus idipsum est S. Gregorius Thaumaturgus, qui in persecutione Decii fugiens, et laetans cum diacono suo in colle, cum proditus esset, persecutores solam undique cernens et scripserunt, « hortatus est conitum suum, ait Nysenus in eius Vita, ut firma erga Deum fiducia cisteret, eique salutem committeret, similiter atque ipse faceret, manus ad orationem extendens, ac ne, si prope quidem persecutores accessissent, metu fidem excussam projiceret. Exemplum ejus rei quam praecipue diacono, seipsum praebat, cum et immotis oculis, et passis manibus, et habitu arduo atque erecto eorum intueretur. Ita factum est ut scrutatoribus praeter duas arbores paululum inter se distantes (Gregorius scilicet orationum cum socio eis videbantur esse duas arbores) neminem se vidisse affirmarent: quibus digressis, proditor videns non esse arbores, sed homines, procumbit S. Gregorio ad pedes, creditque sermone, et qui paulo ante persecutor fuerat, unius ex profugis factus est. » Idem Gregorius cum pro suo populo in eadem persecutione afflicto oraret, « repente angore repletus sonum visus est audire, ad quem aures admovit; mox erectus et immotus permansit, deinde quasi de victoria latus pronuntiavit illud Psalm. cxviii: Benedictus Deus qui non dedit nos in predam dentibus eorum. Rogantibus quid vidisset, dixit magnam se in illa hora vidisse ruinam, diabolo ab adolescente quodam in tormentis et martyrio devicto. Adiecit ejus nomen, Troadum eum nominans. Submissi deinde in urbem, ita severa contigisse renuntiavit. » Hinc Nysseus.

UT PER ME PRAEDICATIO IMPLEATUR, ET AUDIANT OMNES GENTES; ET LIBERATUS SUB DE ORE LEONIS. — Putant aliqui Paulum et primis vinculis familiaritate et opera Senecae philosophi, qui praecoepo



fuit Neronis, liberatum esse. Unde extant Seneca ad Paulum, et Pauli ad Senecam epistolae, sed dubiae, imo suspectae fidei. Verum Paulus hic contrarium docet, scilicet se ab hominibus desertum, unius Dei ope hoc periculum evasisse.

Nota: Causa qua Deus movit, ut Paulum vinculis eriperet, fuit, ut per illum praedicatio Evangelii impleteret, graece *εὐαγγελισθῆναι*, quod Vatablus et alii vertunt, *ad plenum persuaderetur*, vel, ut plena fides fieret Evangelio. Verum Noster simplicius vertit, *impleteret*, id est, completeretur et absolveretur, ut dixi Rom. xiv, 3, idque hoc loco est aptius; jam enim plenam fidem Evangelio fecerat Paulus, ubicunque praedicaverat: unde ad hoc non erat necesse ei vitam prorogari. Servatus ergo fuit a Deo in vita, ut in Hispaniis et alibi praedicaret, propagaret et completeret Evangelii praedicationem. *omnes omnes Gentes audirent.*

Notat secundo Chrysostomus modestiam Pauli; non enim dicit: Ut ego implem; sed, «ut per me impleteret praedicatio,» *q. d.* Ille praedicatio mihi commissa me a vinculis eripuit et servavit, «perinde ac si quis purpuram et regium insigne ferens per ipsum servetur,» inquit Chrysostomus.

Nota tertio: «Liberatus sum de ore leonis,» id est diaboli, inquit Ambrosius; aut Festi Praesidis Judaeae, inquit Primasius. Verum optime Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, S. Thomas et Eusebius, lib. II *Hist.*, cap. xxii, per *leone*m intelligunt Nerone[m], qui crudelis erat ut leo: de quo verissime dici poterat illud Prov. cap. xix, 12: «Sicut fremitus leonis, ita et regis ira.» Nero ergo fuit leo, quia supra quam dici potest superbus et ferax, «que ac luxuriosus fuit, opera Simonis Magi familiariter uti solitus: unde primus (nam ante eum Tiberius ex eis que ferebantur Christum admiratus, periculum etiam comminatus est accusatoribus Christianorum) immanem in Christianos persecutionem movit. Audi Tacitum, lib. xv: «Pereuntibus, ait, addita ludibria, ut ferarum tergis conlecti laniatu canum interirent. Multi crucibus suffixi, aut flamma usi; plerique in id reservati, ut cum defecisset dies, in usum nocturni luminis servarentur. Hortos suos Nero spectaculo huic obtulerat, et Circense ludicrum eade[m] habitu aurigae permixtus plebi, vel circulo insitens.» Annon leo, qui principes Apostolorum, Petrum cruce, Paulum gladio tandem peremit? Annon leo, qui matrem et praepotorem suum Scaevam et medio sustulit? Annon leo, qui sua sevitia totius populi in se seditionem concitavit? quam dum conatur effugere, tertio ab Urbe lapide propria se manu interemit, dicens: «Dedecorose vixi, turpiter peream.» Vide Severum Sulpitium, lib. II *Hist.*

18. LIBERAVIT ME DOMINUS AD OMNI OPERE MALO, ET SALVUM FACIET IN REGNUM SUUM COELESTE. — Ab omni opere malo, id est ab omni periculo et in-

curso hostili, qualia sunt quae recenset II *Corinth.* xi, 23.

Secundo et potius; «ab omni opere malo,» id est ab omni peccato, *q. d.* Non tantum a leone corporali mortem minante, puta a Nerone, liberavit me Dominus, sed etiam a peccato, qui spiritalis et savior est leo animam occidens, ut scilicet in quavis tentatione, tribulatione et terrore, roboratus a Deo, nec verbo, nec opere, aliove indicio etiam minimo Deum ad fidem negarim; sed potius tam verbo, quam vita nomen et gloriam Dei ubique professus sim et celebrarim.

Nota: Pro *liberavit*, Graeca, Syrus, Chrysostomus, Ambrosius et veteres passim legunt *liberavit*, id est liberabit. Idque aptius respondet tam praecedentibus, quam sequentibus, *q. d.* Sicut liberavit me Dominus de ore leonis corporalis, scilicet Neronis: ita plane confido quod deinceps liberabit me a leone spiritali, id est ab omni opere malo, puta ab omni peccato, itaque me «salvum faciet,» graece *σωσει*, id est servabit, «in regnum suum coeleste,» ut scilicet servatus a peccato, ab eoque innocens et illensus, pro hac innocentia tuenda martyrium obeam, itaque merear ingredi regnum caelorum. Praepositio ergo *in*, cum ait, *in regnum*, non locum, ut idem sit, quod *in regno* colorum; sed causam finalem significat, *q. d.* Salvabit me hoc fine, ut scilicet regnum caelorum assequar. Ita Theophylactus, Anselmus, Beda et alii.

20. TROPHIMUM AUTEM RELIQUI INFIRMUM MILETI.

Miletus urbs est Asiae, non longe ab Epheso, optima lana et stragulis, quae inde Milesia dicitur, celebris. Hinc rursum patet hanc epistolam scriptam et secundis vinculis, non autem e primis. Nam in primis vinculis (quae occasione Trophimi Paulo a Judaeis Hierosolymis injecta sunt, eo quod putarent Paulum induxisse Trophimum incircumcisum et Gentilem in templum, Act. xxi, 29), cum Hierosolymis victus Paulus missus est Romanam, Miletum non transit, ut patet ex Act. xxvii. Sed cum e primis vinculis dimissus fuit, uti varia loca peragravit, ita Miletum revisit Paulus, ibique Trophimum aegrum reliquit, ac veniens Romanam secundo captus est: nec enim verisimile est duos fuisse Trophimos, aut pro Miletis hic legendum esse *Melita*; quasi non Miletis, sed Melitae, id est Maltae (quam, cum Hierosolymis Romanam primo vinculis mitteretur Paulus, pertransiit, ut patet Actor. xxviii, 1), Trophimum aegrum reliquerit, ut vult Baronius; tam enim Graeca, quam Syra et Latina constanter legunt *Miletis*, non *Melita*.

Ex hoc loco patet, Paulum post prima vincula non tantum Hispanias aliasque provincias novas adiisse; sed et Asiam aliasque veteres provincias et Ecclesias revisisse, ut eas in fide et moribus perficeret, confirmaret, et si quid pravi crevisset, corrigeret atque succideret. Id ita esse patet ex eo, quod Paulus e vinculis praevidentis aut liberationem mox futuram, id ipsum Syris et

et scripserit et promiserit non venem, sed secundo et tertio. Nam *ad Hebr.*, ult. cap., in fine: «Cognoscite, inquit, fratrem nostrum Timotheum dimissum; cum quo, si celeriter venerit, videbo vos.» Et *ad Philipp.* ii, 24: «Confido in Domino, quoniam et ipse veniam ad vos cito.» Et *ad Philem.* vers. 22: «Para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis.» Ex quibus locis noster Salmeron, tom. xv, tract. 59, recte colligit, Paulum a vinculis liberum, non tantum revisisse Hispaniam, sed et revisisse Syriam, Asiam, Macedoniam et Graeciam.

21. SALUTATE EOBULUS ET PUDENS ET LINUS. — Pudens hic fuit Senator Romanus, vir nobilissimus et clarissimus, pater scilicet Novati et Timothei, S. Praxedis et S. Pudentianae, sive Potentianae, in ejus domo fiebant synaxes, quae postea conversa in ecclesiam, dicta est titulus, id est ecclesia Pastoris. Hic ergo Pudens, Senator Romanus, fuit hospes SS. Petri et Pauli. Ostensus est mihi locus in ejus olim domo, nunc ecclesia, in quo S. Petrus celebrasse dicitur. In eadem vidi puteum, in quem S. Pudens cum S. Praxede sorore sua, sanguinem quem e vulneribus Martyrum spongia exprimebant, aliasque eorum reliquias recolebant. Sic enim habet inscriptio, la-

pidi uncialibus litteris incisus in ipso ecclesiae ingressu:

IN HAC SANCTA ANTIQUISSIMA ECCLESIA, TITULO S. PASTORIS A S. PIO PAPA DEDICATA, OLIM DOMO S. PUDENTIS SENATORIS, ET HOSPITIO SANCTORUM APOSTOLORUM — TRIA MILLIA BEATORUM MARTYRUM CORPORA REQUIESCUNT, QUAE SANCTAE CHRISTI VIRGINES PUDENTIANA ET PRAXEDIS SUI MANIBUS SEPELIEBANT.

Linus vero hic primo fuit Pauli socius. Unde S. Ignatius, epist. *ad Trallianos*, de eo sic ait: «S. Stephanus B. Jacobo, Timotheus et Linus Paulo, Anacleto et Clemens B. Petro ministrarunt.» Postea tamen Linus adhesit B. Petro, eoque absente ab Urbe, in ea vicibus illius obibat. Unde et proxime S. Petrus in pontificatu successit. Ita Baronius et alii.

22. GRATIA VOBISCU, AMEN. — Gratiam Dei intelligit, qua Deo grati sint; gratiae illi virtutum opera potenter operentur. Vide Chrysostomum hic in *moralibus homil.* 10, et Theophylactum, quam et quomodo gratiam non hominum, sed Dei accipari debeamus.

Libera nos, o Christe, ab omni opere malo, et salvos fac in regnum tuum coeleste: da ut lux perpetua luceat nobis, et AETERNITAS TEMPORUM. Amen.

Facilius servatus a primis vinculis ut praedicaret in Hispaniis.

Pauli constantia in tentationibus et persecutionibus.

Vers. 20. Miletus urbs Asiae.

Paulus non tantum Hispanias aliasque provincias novas adiisse; sed et Asiam aliasque veteres provincias et Ecclesias revisisse, ut eas in fide et moribus perficeret, confirmaret, et si quid pravi crevisset, corrigeret atque succideret. Id ita esse patet ex eo, quod Paulus e vinculis praevidentis aut liberationem mox futuram, id ipsum Syris et

# COMMENTARIUS

IN EPISTOLAM

## AD TITUM.

### ARGUMENTUM.

Titus utroque parente Gentilis et Græcus, adeoque, si credimus Chrysostomo hic, *homil. 1*, Corintho oriundus fuit. Unde et identidem Titum nominat Apostolus scribens secundo ad Corinthios, eoque apud eos quasi populares suos administratus fuit, ad colligendas elemosynas aliasque Res Ecclesiasticas. Hic Titus, a Paulo conversus ad Christum et baptizatus, eidem adhesit, ac in prædicatione fuit insignis adjuvator et interpres. Unde *II Cor. II, 13*, Paulus Titum fratrem suum vocat. Fuit enim Titus insigni morum innocentia ac sanctificatione præditus, adeoque tota vita virginitatem coluit et servavit, ut docet S. Ignatius, *epist. ad Philadelph.* Hinc a Paulo creatus est Archiepiscopus Cretæ, aliarumque vicinarum insularum: quin et in Dalmatiam a Paulo missus, ibidem prædicavit, ut patet *II Tim. IV, 10*; ac tandem multis Ecclesiis erectis et fundatis, in Cretam reversus, sancte mortuus est anno ætatis 94, ibidemque sepultus, ut docet ex S. Hieronymo et aliis Baronius in *Martyrol.* Dies ejus natalis in Ecclesia colitur 4 Januarii. Apostolus ergo cum anno precedente in Creta prædicasset, inde in Græciam discedens, Creta reliquit Titum, eumque creavit Archiepiscopum, ut ceptam prædicationem et Ecclesiæ Cretensis foundationem perficeret, ut patet cap. 1, vers. 3. Itaque sicut Timotheum duabus Epistolis, ita Titum hæc una instruit docetque quæ sint Episcopi et Pastoris munia: hæc enim tres Epistolæ pontificales sunt ejusdem argumenti, sibi que persimiles, adeoque videtur hæc Epistola esse compendium utriusque Epistolæ ad Timotheum. Unde S. Augustinus, *lib. IV De Doctrina Christ.*, cap. xvi, cum meminisset Epistolæ ad Titum, et utriusque ad Timotheum, ait: « Quas tres Epistolæ ante oculos habere debet, cui est in Ecclesia doctoris persona imposita. »

*Primo* ergo, cap. I, commendata Christi gratia

et Evangelio monet Titum, ut presbyteria, id est Episcopos et Pastores, per civitates constituat et ordinet; docetque quales et quanti illi esse debeant, utpote qui hæreticis et Judaizantibus obistere, et sanam fidem tueri ac propagare teaneantur.

*Secundo*, cap. II, docet quæ monita debeat dare senibus, conjugatis, juvenibus, servis, ad hoc, ut juxta Christi gratiam ac legem, sobrie, juste et pie vivant omnes in hoc seculo, expectantes beatam spem.

*Tertio*, cap. III, jubet ut doceat Christianos obedire magistratibus, etiam Ethnicis, utque modeste et honeste se gerant, scientes se pristinae concupiscentiæ et vitii mortuos, ac per Christi gratiam et baptismum renatos esse ad novam vitam, sanctam et Christianam. Mox Judaizantes et hæreticos, eorumque fabulas et lites vitari jubet; ac tandem Titum ac Zenam Nicopolim ad se vocat.

Scriptam esse Nicopoli in Epiro docent Græca, Syra, et S. Hieronymus hic, Athanasius in *Synopsi*, et Theodoretus, Chrysostomus, Oecumenius et alii Nicopoli, inquam, id est in urbe, aut loco propinquo et subjecto Nicopoli, cum scilicet eo pergeret Apostolus et vicinus esset Nicopoli. Hoc enim significat, cum ait cap. III: « Festina ad me venire Nicopolim; ibi enim (non dicit, hic, sed ibi, scilicet quo jam proxime tendo) statui hibernare. » Scriptam esse anno Christi 88, ac consequenter ante prima vincula docet Baronius et alii passim (1).

(1) Præplacet sententia Hug et Scarp, *scilicet* quod Paulus ad Titum scripsit ann. 51, postquam scilicet, *scilicet* martiri Corintho profectus, naufragio autem *scilicet* vix tempore pulsus in Cretam insulam, relicto ibi Tito, Ephesum tandem attigisset. Cf. Sepp, *op. cit.* tom. II, p. 272; Glaire, *op. cit.* tom. VI, p. 169 seqq.

## CAPUT PRIMUM

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Asserit primo*, se esse Apostolum Christi ad hoc, ut doceat veram fidem et spem vite æternæ, quæ æternæ promisit Deus, nunc autem per Pauli prædicationem manifestavit.

*Secundo*, vers. 5, docet Titum, quales oppidatim ordinare debeat presbyteros et episcopos.

*Tertio*, vers. 10, docet Judaizantes et hæreticos acriter reprimendos esse.

*Quarto*, vers. 14, monet cavendos esse eorum fabulas et observantias in ciborum delectu. Omnia enim munda sunt mundis: coquinatis autem et infidelibus nihil est mundum.

1. Paulus servus Dei, Apostolus autem Jesu Christi secundum fidem electorum Dei, et agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est 2. in spem vite æternæ, quam promisit qui non mentitur, Deus, ante tempora sæcularia: 3. manifestavit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum Salvatoris nostri Dei: 4. Tito dilecto filio secundum communem fidem, gratia, et pax a Deo Patre et Christo Jesu Salvatore nostro. 5. Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt, corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi. 6. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. 7. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non violentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: 8. sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem, 9. amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere. 10. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, et seductores, maxime qui de circumcisione sunt, 11. quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. 12. Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, mala: bestia, ventres pigri. 13. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide, 14. non intendentes Judaicis fabulis, et mandatis hominum, aversantium se a veritate. 15. Omnia munda mundis: coquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum et mens, et conscientia. 16. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: cum sint abominati, et incredibiles, et ad omne opus bonum reprobi.

Vers. 1 et 2. 1. PAULUS SERVUS DEI, APOSTOLUS AUTEM JESU CHRISTI, SECUNDUM FIDEM ELECTORUM DEI, ET AGNITIONEM VERITATIS, QUÆ SECUNDUM PIETATEM EST IN SPEM VITÆ ÆTERNÆ. — Nota: Novo honoris titulo Paulus se hic indigital « servum Dei », non tantum per creationem, per quam omnis creatura est serva Dei; nec tantum per fidem, per quam omnes fideles sunt servi Dei: sed per legationem et apostolatam, per quem sicut legati dicuntur servi regis, ita Apostoli vocantur servi Dei. Vide dicta ad *Philipp. I, 1*. Sic B. Virgo se vocat humiliter, sed glorioso titulo « ancillam Domini », quidem, sed glorioso titulo « ancillam Domini », inquam fieret mater Dei, eo quod Deo in mysterio incarnationis quasi ancilla subservierit: « Ecce, in-

quit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. »

Nota secundo: Præpositio secundum hic significat materiam vel objectum circa quod servus hic Dei et Apostolus, scilicet Paulus ipse, occupabatur; Deoque et Christo deserviebat. « Secundum » ergo idem est quod circa, q. d. Ego sum Dei servus et Apostolus circa fidem electorum Dei, qui videlicet versor circa fidem, et scilicet omnes fideles maxime sanctos et electos doceam veram, sinceram et sanctam fidem, quæ cognoscant veritatem non speculativam, aridam et philosophicam, sed illam, quæ « secundum », id est circa pietatem versatur, quæ scilicet docet et per-